Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Catalogus codicum Copticorum manu scriptorum qui in Museo Borgiano Velitris adservantur

Zoega, Georg

Romae, 1810

urn:nbn:de:hbz:5:1-401

Visual Library

~~Goussen 1628~~
~~4°~~

Goussen 2' 1628

g 1628

CATALOGUS
CODICUM COPTICORUM
MANU SCRIPTORUM

QUI

IN MUSEO BORGIANO
VELITRIS ADSERVANTUR.

AUCTORE

GEORGIO ZOEGA DANO

EQUITE AURATO ORDINIS DANNEBROGICI.

(OPUS POSTHUMUM)

CUM VII. TABULIS AENEIS.

ROMAE MDCCCX.

TYPIS SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE.

EX BIBLIOTHECA DRIS. GOUSSEN
BONNAE (BIBL. UNIV.)

FRIDERICO . SEXTO .

DANIAE . ET . NORVEGIAE . REGI .

PATRIAE . PATRI . ET . VINDICI .

OPTIMO . MAXIMO .

SCIENTIARVM . BONARVMQVE . ARTIVM . FAVTORI .

ET . CVLTORI .

LIBRVM . DE . AEGYPTIA . SEQVIORIS . AEVI . LITTERATVRA .

EO . FAVENTE .

COEPTVM . ET . AD . FINEM . PERDVCTVM .

SVMMO . SVO . PATRONO .

GEORGIVS ZOEGA . DANVS . DDD . ROMAE . MDCCCVIII.

PRAEFATIO.

Quod viris doctis diu fuerat cupitum, ut, quae in Museo Borgiano Velitris sunt Aegyptiae litteraturae reliquiae, innotescerent amplius quam factum libris Georgii et Münteri, id tribus abhinc annis impellente quin et amice cogente, quem nunc Musae lugent, STEPHANO S. R. E. CARDINALI BORGIA, *faciendum invitus suscepi. Nam et in ecclesiasticis rebus, circa quas tantum non cuncti versantur, qui ad nos venerunt libri Aegyptii, plane hospes sum, et linguae illius cognitionem, cui olim operam navaveram, jam a pluribus inde annis neglexi; praetereaque alii instabant labores, meo studiorum instituto pressius cognati, quos olim mihi proposueram, quibusque ut manum admoverem flagitabant amici. Sed cedens viro, qui benevolentia et amore ita me sibi devinxerat, ut non esset quod ei recusarem, id ab initio cepi consilium, ut manuscriptis codicibus codicumque fragminibus ad materiarum ordinem quantum fieri poterat dispositis, brevem de iis proferrem notitiam, argumentum cujusque indicasse et titulos subscriptionesque ubi aderant descripsisse hominumque et locorum nomina si occurrebant excerpsisse contentus, adjectis praeterea characterum ut in membranis exarati inveniuntur speciminibus, modici ne dicam exigui voluminis librum evulgarem, quem ipse Vir Eminentissimus praefatione decorare pollicitus erat. At vero dum ea tantum quaererem in manuscriptis Copticis, quae proxime attingunt Aegypti historiam, in multa incidi praeterea, quae notatu videbantur digna, multa etiam, quae spectabant ad historiam ecclesiasticam: urgebat, qui mihi libri scribendi auctor fuerat, ut publici juris fierent addita versione, quo et iis usui forent, qui aegyptiace nesciant. Notas quoque ad vocabula obscuriora explicanda et librariorum sphalmata corrigenda raras perbrevesque subjungere coeperam, sed quarum augendarum ampliandarumque occasionem currente rota praebuit operarum tarditas, prelo interdum per in-*

tegros menses silente. Sic ad eam quam videmus molem crevit liber, et quod unius anni spatio nec magno labore opus absolvere speraveram, nunc primum, tertio anno exacto, indefesso labore ad finem perducere datum fuit. Id quidem confido, post quae vel descripsi integra vel excerpsi vel notis inserui, in libris Copticis Borgianis, si dempseris quae sunt sacrorum bibliorum versiones, non multa relicta esse ad Aegypti cognitionem sive ad temporum historiam sive ad gentis linguam noscendam magnopere facientia: de cetero judicabunt qui legent. Curae potissimum fuit ut, quae Coptica typis mandarentur, a mendis quantum fieri potuit evaderent immunia, et pro certo affirmare ausim, in Basmyricis et Sahidicis, quae postquam impressa denuo cum ipsis membranis contuli, perraro esse peccatum; neque in Memphiticis frequenter accidit, quamquam in iis unum alterumque errorem deprehendi et in corrigendorum laterculo indicavi. In adnotationibus, quibus unice eos juvare studui, qui de Aegyptiis vocabulis plenius quam hactenus factum colligendis explicandisque et ad primas quae vocum sunt radices referendis cogitant, si nonnulla non satis recte interpretatus sum, si hinc et inde conjecturas protuli infirmiores, si interdum ab una sententia transii ad alteram et quae uno loco scripsi altero corrigenda existimavi, ignoscat aequus lector, sciens quam arduum sit, ex orationis contextu colligere veram et genuinam singulorum vocabulorum significationem. (*)

(*) *Praefationem scripserat auctor anni MDCCCV. initio, quum totum hoc opus de litteris Copticis inde a pag. 1 — 659. sumptibus S. R. E.* Cardinalis Stephani Borgiae *prelo jam esset excusum. Lite autem eo tempore auctori exorta cum heredibus E. Cardinalis nuper defuncti, promissi cujusdam causa auctori ab E. Cardinali dati quidem verum haud litteris consignati nec legum auctoritate sanciti, quo nempe auctori propria darentur omnia hujus operis exempla ceu praemium exantlati laboris: ea inquam lite factum est, ut nunc primum, anno MDCCCX. ineunte, in lucem prodeat opus excellens. Nempe post mortem demum auctoris composita est lis illa, quum scilicet heredes E. Cardinalis optime vellent familiae auctoris superstiti. Quo vero facto religionis fuisset, quae operi cl. viri defuncti absolvendo adhuc deessent, diutius retinere: atque adeo ex schedis ejus celerrime depromta sunt illa, nempe Dedicatio, quam dicunt, Praefatio, Synopsis et Elenchus corrigendorum.*

K.

SYNOPSIS

Asterisco notantur e quibus excerpta dedimus, binis asteriscis e quibus excerpta uberiora, trinis quae integra descripsimus.

PARS I.

CODICES MEMPHITICI.

BIBLICI. N. I. Psalmi p. 1. N. II. III. Prophetae majores p. 2. N. IV. Apocalypsis p. 3.

LITURGICI. N. V – VIII. p. 3. N. XXXIV. p. 52.

VOCABULARIUM. N. IX. p. 4.

PATRISTICI, et quidem

Sermones. N. XLII. Amphilochii episcopi Iconii p. 64. N. LI. S. Athanasii p. 94. N. XI. S. Basilii p. 10. N. LXIII. ejusd. p. 115. N. XXIII. S. Cyrilli Alexandrini. * p. 28. N. XXIX. ejusd. * p. 50. N. LXV. S. Ephremi p. 120. N. XLIX. Euchodii archiepiscopi Romae p. 93. N. XVII. S. Gregorii Nazianzeni p. 19. N. X. S. Johannis Chrysostomi p. 4. N. XL. ejusd. p. 63. N. LXVI. LXVI. * ejusd. p. 120. N. LXXIIX – LXXX. ejusd. p. 134. N. XXXV. Marci archiepiscopi Alexandriae p. 54. N. XXXIIX. Petri archiep. Alexandriae p. 62. N. LXVII. Severiani episcopi Gabalorum p. 120. N. L. Theodosii archiep. Alexandriae p. 94. N. LVI. S. Theophili Alexandrini p. 107. N. XII. Zachariae episcopi Shhòu p. 10. N. XLVII. LXXX. Incerti auctoris p. 89. 138.

Epistolae. N. LIII. Petri archiep. Alexandriae, et Acacii archiep. Constantinopoleos p. 97. N. LIIX. Severi archiep. Antiochiae p. 112.

Acta Martyrum. N. LXI. S. Lucae Evangelistae p. 114. N. LXXVI. S. Polycarpi discipuli Apostolorum p. 133. N. XIIX. S. Ignatii auctore Herone p. 19. N. XXXI. S. Anatolii Persae sub Diocletiano, uti et sequentes p. 52. N. XXIV. S. Anubi de Naesi auctore Julio de Chbehs ** p. 30. N. XXI. S. Aptiae * p. 26. N. LXXIV. aliud exemplar p. 132. N. XXXVII. S. Arii de Scjetnufi * p. 61. N. LXXXI. S. Didymi de Tarscjebi auctore Julio de Chbehs * p. 135. N. LXXV. S. Dorothei Isauri p. 133. N. XX. S. Epimii de Pankòleus auctore Julio de Chbehs ** p. 22. N. LIX. S. Eusebii filii Basilidis p. 113. N. XIX. S. Isaaci de Tiphre auctore Christophoro cognato ejus * p. 19. N. XLIII.

aliud exemplar p.64. N.LX. S.Lacaronis de Tgjeli * p.113. N.LXXVII. S. Macrobii episcopi oppidi Pscjati, auctore Mèna ejusdem oppidi episcopo * p.133. N. XV. S.Petri archiep. Alexandriae * p.12. N.XXXIII. SS. Piroui et Athomi de Tasempoti * p. 53. N. XXXII. S. Pisurae episcopi p. 52. N. XXII. S. Theodori magistri militum p. 28. N. LXII. S. Cyriaci archiep. Hierosolymorum sub Juliano * p. 114. N. XLVII. Johannis de Phannigjòit sub rege Elchemel * p. 87. N. LII. Depositio ossium Magistriani et sociorum * p. 95.

Vitae et Encomia. N. LV. S. Johannis Baptistae p. 107. N.XXV. S. Josephi de Nazareth p. 33. N. XXXV. SS. Theodori Anatolensis et Theodori Magistri militum ** p. 55. N.XIV. S. Petri archiep. Alexandriae auctore Alexandro successore ejus * p. 11. N. XIII. S. Pauli primi eremitae * p. 10. N. XXX. S. Antonii abbatis * p. 51. N. LXXII. aliud exemplar p. 132. N. XVI. S. Benoferis anachoretae ** p. 14. N. XXIIX. S. Macarii patris monachorum in Scjièt, auctore Sarapione ** p. 45. N. LXXIII. aliud exemplar. p. 132. N. LXIX. ejusdem ** p. 120. N. LXX. SS. Macarii Aegyptii et Macarii Alexandrini * p. 127. N. XLIV. S. Maçarii Alexandrini ** p. 66. N. LXXI. abbatis Pamo una cum aliis excerptis ex historia Lausiaca * p. 129. N. LXIV. Johannis Colobi praepositi in Scjièt ** p. 116. N. XLIIX. Danielis praepositi in Scjièt ** p. 89. N.XLV. S. Pahhomii patris monachorum in Tabennèsi ** p.71. N. XLVI. Theodori Snèensis successoris Pahhomii ** p.81. N. XXXVI. Scjenutii archimandritae, auctore Besa successore ejus ** p. 33. N. XXVI. Pisentii episcopi urbis Keft, auctore Moyse ejusdem oppidi episcopo ** p. 41. N. LIV. Macarii episcopi oppidi Tkòu, auctore Dioscoro archiep. Alexandriae ** p. 99. N. LVII. Isaaci archiep. Alexandriae auctore Mena episcopo oppidi Psciati ** p.108. N.XXXIX. S. Symeonis Stylitae * p. 62. N. LXIIX. Martyriani eremitae p. 120.

PARS II.

CODICES BASMYRICI.

BIBLICI. N. I. II. III. Fragmenta Isaiae prophetae, Evangelii S. Johannis, Epistolarum S. Paulli folia 12. p. 139.

Excursus de patria dialecti Basmyricae p. 140.

Ipsa fragmenta ad membranarum fidem expressa p. 145.

PARS III.

CODICES SAHIDICI.

Excursus de varia in Aegyptiis libris litterarum efformandarum ratione p. 169.

BIBLICA. N. I — XCIX. p. 172. N. CCLXIIX — CCLXXI. p. 621.

Series fragmentorum sacri codicis, quae hic habentur p. 193. Addas ibi: Geneseos cap. 18. v. 26 — v. 31.: cap. 31. v. 33 — cap. 34. v. 1. Psalm. 109. v. 6 — ps. 112. v. 2. Matthaei cap. 5. v. 35. Ad Corinthios I. cap. 2. v. 9 — cap. 4. v. 1. Ad Hebraeos cap. 10. v. 8 — v. 10.: cap. 11. v. 5 — v. 7.

Synopsis eorundem fragmentorum et codicum mss. in quibus exstant singulae particulae p. 196. Hic pariter suis locis ratio habenda est eorum, quae continent N. CCLXIIX — CCLXXI, post id tempus ex Aegypto allati.

Index fragmentorum vers. Sahid. N. T. edit. Oxoniensis, insertis fragmentis Borgianis, quae auctiori editioni inservire possunt p. 203. Adde: Ad Corinthios I. cap. 2. v. 12 — cap. 3. v. 9. *: cap. 3. v. 22 — cap. 4. v. 1.*

Specimen lectionum variantium p. 206.

Specimina versionis bibliorum Sahidicae e codd. mss. Borgianis p. 207.

LITURGICA. N. C — CX. folia 34. p. 220.

ACTA JESU, MARIAE, JOSEPHI ET APOSTOLORUM. N. CXI — CXXXVII. CCLXXIII. CCLXXIV. N. CXI — CXVI. de vita Jesu p. 222. N. CXVII — CXIX. de vita Mariae p. 223. N. CXX. de obdormitione ejus * p. 223. N. CCLXXIII. ejusdem argumenti p. 621. N. CXXI. de vita S. Josephi de Nazareth * p. 225. N. CXXII. CXXIII. acta S. Stephani p. 227. N. CXXIV — CXXVII. acta SS. XII. Apostolorum p. 228. N. CXXIIX — CXXX. acta S. Petri apostoli p. 229. N. CXXXI. encomium S. Pauli apostoli p. 230. N. CXXXII. de rebus SS. Andreae, Pauli et Bartholomaei ** p. 230. N. CXXXIII. alius exemplaris p. 235. N. CXXXIV — CXXXVI. vita S. Johannis apostoli auctore Prochoro p. 236. N. CXXXVII. martyrium S. Simonis apostoli p. 237. N. CCLXXIV. eodem spectans p. 621.

ACTA MARTYRUM. N. CXXXVIII — CLVIII. N. CXXXVIII. CXXXIX. S. Petri archiep. Alexandriae. N. CXL. SS. Psotii et Callinici episcoporum. N. CXLI. S. Coluthi p. 237. N. CXLII. S. Panesnevii. N. CXLIII. CXLIV. SS. Theclae et Paesii Pusiritae p. 238. N. CXLV. SS. Jacobi Intercisi, Theonoae, Claudii et Victoris, et Psatii episco-

pi oppidi Ppsoi. Accedit sermo ubi narratur de damnatione Carpocratii in concilio Nicaeno. N. CXLVI. S. Claudii Antiocheni * p. 239. N. CXLVII – CXLIX. SS. Leontii Arabis, Theodori Antiocheni et Panicyri Persae. N. CL. SS. Isidori et Pentileonis. N. CLI. SS. Victoris et Theopompi. N. CLII. S. Georgii p. 240. N. CLIII. SS. Cosmae et Damiani. N. CLIV. S. Eusignii. N. CLV. SS. Dorothei et Theopistae. N. CLVI. De VII. Dormientibus p. 241. N. CLVII. CLVIII. De Gesio et Isidoro fratribus, qui apud Emisam invenerunt ossa S. Johannis Baptistae p. 242.

HISTORIA ECCLESIASTICA. N. CLIX – CLXIIX. N. CCLXXV – CCLXXVII. N. CLIX. Acta concilii Niceni *** p. 242. N. CLX. Historia ecclesiae Alexandrinae sub archiepiscopis Alexandro, Athanasio, Theophilo et Cyrillo. *** p. 257. N. CLXI. De S. Athanasio et Georgio Cappadoce ** p. 269. N. CLXII. De Lucio et Arianis Alexandria pulsis *** p. 271. N. CLXIII. CLXIV. Acta concilii Ephesini *** p. 272. N. CLXV. Acta Dioscori *** p. 280. N. CCLXXV. De Eutychianis *** p. 622. N. CLXVI. De Theodosio archiep. Alexandriae *** p. 281. N. CLXVII. De Heliodoro archiep. Constantinopoleos et Paphnutio episc. Athrèbeos *** p. 283. N. CLXIIX. De Theophane episc. Tiberiados p. 287. N. CCLXXVI. Canones synodi cujusdam * p. 623. N, CCLXXVII. De Gnosticis et de Melitianis * p. 625.

PATRISTICA ET MONASTICA AEGYPTI. N. CLXIX – CCXLVII. N. CCC – CCCIII. N. CCCIX. N. CCCXII. e miscellaneis resumenda. N. CLXIX. Vita et apophthegmata patrum vel seniorum, maxime in Aegypto *** p. 287. Laterculus rerum, quae continentur in hoc codice, foliorum 44. p. 356. N. CLXX. De rebus S. Antonii *** p. 361. N. CLXXI. Epistolae S. Antonii p. 363. N. CLXXII. Narratio Ezechielis monachi de magistro suo abbate Paulo aliisque patribus coaevis *** p. 363. N. CLXXIII. Vita S. Pahomii p. 370. N. CCCIX. Ejusdem codicis * p. 640. N. CLXXIV. Sermones S. Pahomii archimandritae. N. CLXXV. De discipulis Pahomii Theodoro et Zachaeo. N. CLXXVI. Sermones Theodori archimandritae. N. CLXXVII. De Theodoro et Horsiesio archimandritis * p. 371. N. CLXXIIX. CLXXIX. Epistolae Horsiesii p. 372. N. CLXXX. Vita abb. Manassis auctore Ephraim socio ejus * p. 373. N. CLXXXI. Encomium abb. Psiòl * p. 375. N. CLXXXII. CLXXXIII. Vita abb. Scjenute * p. 377. N. CLXXXIV – CCIII. Epistolae et Sermones Scjenutii ** p. 379. N. CCIIX – CCXIII. ** Pariter Scjenutii ** 517. N. CCXLVI. CCXLVII. Pariter ejusdem ** p. 587. N. CCC – CCCIII. ejusdem * p. 636. N. CCXXXVI – CCXXXIIX. Forte ejusdem * p. 572. N. CCIV – CCVII. Epistolae

et sermones Besae successoris Scjenutii * p. 502. N. CCXIV. Epistolae Moysis archimandritae * p. 530. N. CCXIV. * Vita ejusdem *** p. 533. N. CCXV. CCXVI. Vita Matthaei Pauperis * p. 534. N. CCXVII. CCXIIX. Sermones anonymi in quibus mentio Scjenutii * p. 539. N. CCXIX. Vita Johannis Lycopolitani ** p. 540. N. CCXX. Vita Johannis Colobi *** p. 543. N. CCXXI. Vita abb. Samuel * p. 545. N. CCXXII. Vita abb. Abraham * p. 547. N. CCXXIII. Vita ascetae coaevi Abrahami * p. 548. N. CCXXIV. CCXXV. Vita abb. Panine et Paney ** p. 548. N. CCXXVI. CCXXVII. Epistolae et sermones abb. Esaiae * p. 551. N. CCXXIIX. De Benjamin archiep. Alexandriae p. 553. N. CCXXIX. Visio senis cujusdam * p. 553. N. CCXXX. CCXXXI. Commentationes in regulam ordinis cujusdam monastici ** p. 553. N. CCXXXII. Epistola ut videtur Besae ** p. 565. N. CCXXXIII — CCXXXV. Monita ad monachos * p. 569. N. CCXXXIX. De officiis clericorum ** p. 573. N. CCXL. De officiis monachorum * p. 577. N. CCXL * De laude coelibatus * p. 580. N. CCXLI. De laude matrimonii * p. 581. N. CCXLII — CCXLIV. Sermones ad monachos * p. 582. N. CCXLV. De laude virginitatis *** p. 584. N. CCCXII. Triadon sive series tetrastichorum argumenti spiritualis monachi cujusdam Panopolitani ** p. 642.

SCRIPTA VARIORUM AUCTORUM. N. CCXLVIII — CCLXVII. N. CCXLVIII. Epistolae S. Ignatii martyris. Accedit epistola archiep. Antiocheni Eutychianis faventis * p. 604. N. CCXLVIII. * Pseudo-Dionysii Areopagitae p. 606. N. CCXLIX — CCLI. S. Athanasii p. 606. N. CCLII. S. Johannis Chrysostomi p. 607. N. CCLIII. CCLIV. S. Ephremi p. 608. N. CCLV. S. Epiphanii de XII. gemmis *** p. 608. N. CCLVI. S. Theophili Alexandrini * p. 611. N. CCLVII — CCLIX. * S. Cyrilli Alexandrini p. 614. N. CCLX — CCLXIII. Rufi episcopi oppidi Scjotp p. 616. N. CCLXIV — CCLXVI. Bacchei monachi * p. 618. N. CCLXVII. Episcopi ut videtur Hierosolymitani * p. 620.

INSERENDA in hac synopsi suis locis indicata p. 621.

DE RE MEDICA N. CCLXXIIX. folia 2. *** p. 626.

MISCELLANEA ARGUMENTI SPIRITUALIS. N. CCLXXIX — CCCXI. pag. 632.

Est autem numerus membranarum Sahidicarum classis biblicae folia 733, classis liturgicae 34, actorum Jesu et Apostolorum 133,

actorum Martyrum 86, historiae ecclesiasticae 57, classis patristicae 765, quorum 436 occupant scripta Scjenutii, variorum auctorum 159, de re medica 2, classis miscellae 104: insimul 2073. Porro folia chartae turcicae classis biblicae 213, classis patristicae 97: insimul 310.

PARS PRIMA

CODICES MEMPHITICI

Recentis scriptionis sunt, chartacei plurimi, pauci bombycini; sed omnes fere integri exstant, et praeter sacrorum bibliorum versiones Aegyptiaeque ecclesiae liturgias, et veterum patrum homilias, multas continent de martyribus patribusque in Aegypto narrationes, hactenus plane ineditas, et ad Aegypti geographiam ejusque saeculi mores cognoscendos apprime utiles. Eorum cum magna pars fasciculatim sint in volumina compacti, utile visum est duplicem numerorum ordinem adhibere, alterum voluminum, alterum codicum sive librorum varii argumenti qui hisce voluminibus comprehenduntur. In vulgari autem charta scriptos intellige omnes, praeter quos in charta bombycina, apud orientales gentes maxime usitata, exaratos expresse adnotamus.

BIBLICI

VOL. I. in 4.

COD. I. Continet librum Psalmorum una cum canticis et orationibus e sacro codice decerptis. Romae transcriptum suspicor e codice Vaticano, nuper in Galliam avecto, quem saeculo x scriptum ferunt, cujusque meminit Bonjurius in prologo ad codicem mox recensendum N. III, ubi videsis.

In fine Psalmorum scriptum est: ⲯⲁⲗⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲛ ⲣⲏⲛⲏ. ⲁⲙⲏⲛ. ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲣⲛ̅ⲁ̅. ⲥⲧⲭⲟⲥ ⲉ ⲫ̅ⲟ̅ⲉ̅: „ Psalterion in pace amen. psalmi 151, versus 5575. „

Rubricae subsequentes sunt:

ⲁ̅. ⲱⲇⲏ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ. „ I. Ode Moysis. „

ⲃ̅. ϯϩⲱⲇⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲇⲉⲩⲧⲉⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲟⲛ. „ II. Ode Deuteronomii. „

ⲅ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲛⲛⲁ ⲑⲙⲁⲩ ⲛⲥⲁⲙⲟⲩⲏⲗ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ. „ III. Oratio Annae matris Samuelis prophetae. „

ⲇ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉⲍⲉⲕⲓⲁⲥ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲓⲟⲩⲇⲁ. ⲉⲧ ⲁϥϣⲁⲓⲛⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲧⲱⲛϥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲉϥⲓⲁϩⲓ. „ IV. Oratio Ezechiae regis Iudae, cum aegrotasset et iterum surrexisset ab infirmitate sua. „

ⲉ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲙⲁⲛⲁⲥⲥⲏ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲉⲍⲉⲕⲓⲁⲥ. „ V. Oratio Manassis filii Ezechiae. „

ⲋ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲱⲛⲁ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ. „ VI. Oratio Jonae prophetae. „

ⲍ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁⲕⲟⲩⲙ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩϣⲱⲇⲏ. „ VII. Oratio Abbacuc prophetae, et ode. „

ⲏ̅. ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲏⲥⲁⲓⲁⲥ. „ VIII. Oratio Isaiae. „

ⲑ̅. ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲏⲥⲁⲓⲁⲥ. „ IX. Pariter Isaiae. „

ⲓ̅. ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲏⲥⲁⲓⲁⲥ ⲡⲓⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ. „ X. Pariter Isaiae prophetae. „

ⲓⲁ̅. ⲇⲁⲛⲓⲏⲗ. „ XI. Daniel. „ *Scilicet historia trium puerorum in fornace ardente.*

ϯπροcεⲩχη ⲛⲧⲉ ⲁⲍⲁⲣⲓⲁⲥ. „ Oratio Azariae. „

ϯπροcεⲩχη ⲛⲧⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁⲙ ϯⲙⲁcⲛⲟⲩϯ. „ Oratio Mariae Deiparae.

ϯπροcεⲩχη ⲛⲧⲉ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ. „ Oratio Zachariae. „

ϯπροcεⲩχη ⲛⲧⲉ cⲓⲙⲉⲱⲛ ⲡⲓⲟⲩⲏϧ. „ Oratio Simeonis sacerdotis. „

ⲡⲓϣⲱⲥ ⲛⲧⲉ ⲁϧϧⲁ ⲁⲑⲁⲛⲁⲥⲓⲟⲥ ⲡⲓⲡⲁⲧⲣⲓⲁⲣⲭⲏⲥ. „ Hymnus Abbatis Athanasii patriarchae. „

ϯπροcεⲩχη ⲉⲧ ⲁⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲧⲥⲁϧⲉ ⲛⲉϥⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ⲉⲑⲣⲟⲩϫⲟⲥ ⲛⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓϧⲉⲛ. „ Oratio quam Salvator noster docuit discipulos suos, ut dicerent eam omni tempore. „

ⲡⲓⲡⲁϩϯ ⲉⲧⲟⲩⲁϧ ⲉⲧ ⲁⲩⲥⲉⲙⲏⲧϥ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲕⲉⲁ. „ Fides sancta quae constituta fuit Nicaeae. „ *Symbolum Nicaenum*.

ⲗⲓⲧⲁⲛⲉⲓⲁⲓ ⲧⲏⲥ ⲩⲡⲉⲣⲁⲅⲓⲁⲥ ⲑⲉⲟⲧⲟⲕⲟⲩ ⲉϫⲉⲗⲗⲏⲛⲓⲥⲑⲉⲓⲥⲁⲓ. „ Litaniae sanctissimae Deiparae in Graecum conversae. „ *Graece*.

VOL. II. in 4. maj.

COD. II. A Tukio transcriptus, continet prophetias Isaiae, et Jeremiae, cum threnis Jeremiae, Barucho et epistola Jeremiae: addita versione Arabica.

VOL. III. in 8. maj.

COD. III. Pariter a Tukii manu profectus. Continet prophetias Danielis et XII Prophetarum minorum, prologum Bonjurii, et additamentum apocryphum ad Danielem.

In libro Danielis describendo ordo quem servavit librarius, is est: Post versus priores duos capitis primi primum locum tenet caput 13 vulgatae editionis a versu 1 usque ad 64. Dein scriptum est ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙⲙⲁϩⲥⲛⲟⲩϯ „ Visio secunda „ et incipit denuo liber ab initio, continuatus usque ad finem capitis duodecimi. Haec excipit capitis 13 versus 65, subsequente capite 14 usque ad finem, dempto versu 42, qui plane omissus est. His adhaesisse videtur additamentum, quod in hoc nostro apographo rejectum est in finem voluminis post Prophetas minores et prologum Bonjurii. Totus autem liber Danielis divisus est in visiones, ita ut post titulum secundae visionis jam indicatum, inveniatur in fronte capitis 2, ϯϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ⲙⲙⲁϩϣ̅ „ visio tertia „ et sic deinceps ad capitis 3 versum 1, ⲃ̅; ad cap. 3 v. 98, ⲉ̅; cap. 5 v. 1, ⲋ̅; cap. 5 v. 30, ⲍ̅; cap. 7 v. 1, ⲏ̅; cap. 8 v. 1, ⲑ̅; cap. 9 v. 1, ⲓ̅; cap. 10 v. 1, ⲓⲃ̅; cap. 13 v. 65, ⲓⲋ̅; cap. 14 v. 22, ⲓⲅ̅; et in fronte additamenti ⲓⲃ̅.

In calce Prophetarum pag. 659 scriptum est: „ *Daniel et XII Prophetae minores translati in linguam Copticam sive Aegyptiacam, et descripti in hoc codice anno martyrum* MCCCCXV, *aerae Christianae* MDCXCIX, *pontificatus D. N. Innocentii Papae XII octavo*. „

Subnectitur pag. 660 „ *Prologus* „ cujus praecipua momenta sunt quae sequuntur:

„ *Cum anno proxime elapso totus ad restituendam linguam Aegyptiacam hic incumberem, auspicato contigit ut liberalissimus Gallus congregationis S. Mauri Domnus Bernardus de Montfaucon Italicum iter ageret, et Aegyptiacum sacrorum bibliorum exemplar sibi compararet Venetiis. Bibliopola qui illud vendidit, ipsum emerat a quodam nauta qui illud ab Alexandria Venetias attulerat. Quinque tan-*

tum reperti sunt tomi hujus exemplaris. Unus tantum Pentateuchum continet, alter Danielem una cum XII *prophetis minoribus, reliqui omnes novi testamenti libros complectuntur. — Haec omnia existunt in bibliotheca Vaticana, et quidem in codicibus longe melioris notae. Danielem excipio cum* XII *prophetis minoribus, quos non habet praefata bibliotheca; sicut et reliquas prophetas, item libros historicos et sapientiales veteris testamenti, praeter psalmos et varia prophetarum cantica. Oblatam agitur occasionem urgere non destiti, et ne Roma excluderetur tam pretiosa Danielis et* XII *prophetarum minorum translatione, mea manu eam totam transcripsi, adjiciens ad commodiorem usum codicis capitulorum et versuum distinctionem, qualem in bibliis vulgatis habemus; ac insuper depravata quaedam emendans, non in ipso textu, sed in margine, ne fidem autographi ulla in re laederem. — Tempus quo Aegyptius transcriba, Joannes nomine, descripsit codicem quem transcripsi, habetur in fine lingua et characteribus Arabicis, videlicet Sabbatum incidens in* XX *diem mensis Choiac anno Coptitarum* MCCCLXXVI, *seu in diem Julianum* XVII *mensis Decembris, Gregorianum* XXVII, *anni aerae Christianae* MDCLIX. — *Finem faciebam huic codici anno aerae Christianae* MDCXCIX, *a sanctis martyribus secundum Aegyptios* MCCCCXV, *feria secunda infra hebdomadam tertiam quadragesimae, die* XIII *Juliana,* XXIII *Gregoriana, mensis Martii, juxta Aegyptios* XVII *mensis Phamenoth, cum natus essem annos* XXIX *dies* XIII. *F. Guillelmus Bonjour Tolosanus ordinis Eremitarum S. Augustini.* „

Apographon Bonjurii servatur Romae in bibliotheca Angelica apud PP. Eremitas S. Augustini.

VOL. IV. in 8. maj.

COD. IV. Bombycinus, scriptione recenti, eo fere characterum modo quo in grammatica Tukiana aliisque libris Copticis usa est typographia Collegii de Propaganda Fide. Continet Apocalypsin S. Joannis a cap. 1 v. 12 usque ad cap. 2 v. 26; et a cap. 3 v. 9 usque ad cap. 22 v. 12: cum versione Arabica.

LITURGICI

VOL. V. in 4. maj.

COD. V. Bombycinus, iis fere characterum formis exaratus quibus utitur typographia Oxoniensis: scriptione eleganti et accurata, ornatuumque et colorum varietate insigni, uti plerumque obtinet in libris bombycinis Aegyptiorum. Liturgia ecclesiae Alexandrinae cum versione Arabica.

VOL. VI. in 8.

COD. VI. Bombycinus, scriptione non dissimili ei quae deprehenditur in cod. IV. Liturgica cum versione Arabica.

VOL. VII. in 8.

COD. VII. Bombycinus, scriptura fere ut in praecedenti. Liturgia cum versione Arabica.

VOL. VIII. in 8.

COD. VIII. Scriptionis modo accedens ad praecedentes. Laudes et commemorationes Sanctorum cum versione Arabica.

VOL. IX. in 8. min.

COD. IX. Bombycinus, eodem fere characterum modo qui obtinet in cod. IV. Vocabularium Copto-Arabicum, inscriptum ⲧⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲁ ⲛ̀ϯⲁⲥⲡⲓ ⲛⲉⲓⲙⲏⲛ ⲧⲓⲟⲥ. „ Interpretatio linguae Aegyptiae. „ Sunt paginae 300.

PATRISTICI

Complexus sum hoc vocabulo homilias, sermones, epistolas, vitas patrum et acta martyrum, omnia Romae transcripta a Tukio e libris Vaticanis ab Assemano ex Oriente advectis, et incerto prorsus instituto in volumina redacta. Frustra enim ordinem quaesivi aut rerum quas continent, aut dierum ad quos singula referri solent; neque volumina Tukiana respondent voluminibus Vaticanis, quae nec ipsa constanti aliqua ratione nunc sunt ordinata; quamquam quae in iis comprehenduntur, olim pertinuisse videantur ad lectionarium, quod secundum menses diesque digestum adservabatur in monasterio S. Macarii in Scete. Vaticani codices quibus usus est Tukius, et qui nunc in Galliam migravere, in illius bibliothecae indice saeculo X attribuuntur, praeter unum saeculo XII adscriptum; quam rem non procul a vero abesse, licet non prorsus exactam, fidem faciunt tum subscriptiones quas ex Tukianis exemplaribus infra sistimus, tum duo codices quos olim in bibliotheca Vaticana oculis lustravi, a Tukio non descriptos. Horum alter continens acta S. Jacobi Intercisi et sermonem Archelai episcopi Neapoleos, se exaratum praedicat a diacono Cyriano filio diaconi Stauri anno martyrum 600, qui est vulgaris aerae annus 884; alter qui comprehendit acta S. Paphnutii et S. Macarii Antiocheni, praefert librarium Jacobum filium abbatis Joannis Chame et annum martyrum 634, sive vulgaris aerae 918. Eximium apparet in utroque calligraphiae studium, major tamen est in priori characterum elegantia; rubricae autem et subscriptiones litteris exaratae sunt quas cursivas appellare possis [1]. Qui a Tukio transcripti tempus praenotatum gerunt, omnes, uno tantum excepto, consistunt intra annos martyrum 634 et 783, vulgaris aerae 918 et 1067, uti ex sequentibus patet.

VOL. X. in 4. ex codice sive volumine Vaticano LVII.

COD. X. Continet excerpta e sermonibus et ethicis S. Joannis Chrysostomi, divisa in capita XXXVI, quae singula hoc modo sunt inscripta:

1 Comprehenduntur duo quos memoravi codices una cum aliis volumine Vaticano LIX, quod VIII est apud Assemanum in Bibliothecae Orientalis tom. I pag. 617. Quae enim volumina in hodierno bibliothecae Vaticanae indice signantur numeris LVII usque ad LXIX, ab Assemano eodem quidem ordine recensentur, sed numeris notata VI usque XVIII.

Pag. 1. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲧ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲩⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲫⲏⲉⲧⲥϧⲛⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲗⲟⲩⲕⲁⲥ. ϫⲉ ϯⲛⲁϣⲟⲣϣⲉⲣ ⲛ̀ⲛⲁⲁⲡⲟⲑⲏⲕⲏ. „ Ex sermone quem edidit S. Joannes Chrysostomus, de eo quod scriptum est in evangelio secundum Lucam: *Destruam horrea mea*. „

Pag. 19. Ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓ// ⲙⲁϩ̀ⲕ̀ⲁ̀ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲧ ⲁϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ. ϫⲉ ⲙⲙⲟⲛ ϣⲁⲣⲟⲙ ⲛ̀ϩⲗⲓ ⲉⲉⲣϧⲱⲕ ⲛ̀ϭⲟ̀ ⲥⲛⲁⲩ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲉⲥⲧⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ// ϥⲙⲉⲛⲣⲉ ⲟⲩⲁⲓ ⲉ̀ⲑⲣⲉϥϣⲉⲛ ⲟⲩⲁⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ⲧⲉϥⲕⲁⲧⲁⲫⲣⲟⲛⲉⲓ ⲙ̀ⲡⲓϫⲉⲧ. „ Pariter S. Joannes Chrysostomus, ex sermone XXI, quo interpretatus est evangelium secundum Matthaeum: *Nemo potest servire duobus dominis, nam odio habebit unum dum amet alterum, et adhaerebit uni dum alterum despiciat*. „

Pag. 52. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲏⲑⲓⲕⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁϩ̀ⲕ̀ⲁ̀ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲓⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉ// ⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ. ⲙⲁⲓⲁⲧⲉⲛⲑⲏⲛⲟⲩ ⲉⲛⲓϩⲣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲕⲟⲓ ⲥⲉⲁⲓⲁⲓ ⲉⲛⲥⲉ// ϧⲟⲥⲓ ⲁⲛ ⲟⲩⲁⲉ ⲛ̀ⲥⲉⲉⲣⲓⲟⲛⲏ ⲁⲛ· ϯϫⲱ ⲇⲉ ⲙⲙⲟⲥ ⲛ̀ⲱⲧⲉⲛ ϫⲉ ⲟⲩⲁⲉ ⲥⲟⲗⲟ// ⲙⲱⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲙⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ ⲙ̀ⲡⲉϥϯⲥⲱⲧϥ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓ. „ Ex ethicis sermonis XXII ejusdem doctoris S. Joannis Chrysostomi, ubi interpretatur evangelium secundum Matthaeum: *Adspicite flores campi quomodo crescunt, non laborant nec nent, dico autem vobis quod neque Solomo in omni sua gloria indutus fuit ut illi*. „

Pag. 94. Ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲓⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟ// ⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲫⲏⲉⲧⲥϧⲛⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ. ϫⲉ ⲫⲏ ⲉⲧⲉⲧⲉⲛⲛⲁⲥⲟⲛϩϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲉϥⲉϣⲱⲡⲓ ⲉϥⲥⲟⲛϩ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲫⲏⲟⲩⲓ. „ Idem doctor S. Joannes Chrysostomus, de eo quod scriptum est in evangelio: *Quod ligabitis in terra, ligatum erit in coelis*. „

Pag. 127. Ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲓⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟ// ⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ. „ Idem doctor S. Joa. Chrysostomus, de poenitentia ex evangelio secundum Matthaeum. „

Pag. 144. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩ̀ⲃ̀ⲧ̀ ⲛⲟⲙⲏⲗⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓ// ⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ. ⲡϫⲱⲙ ⲙⲙⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ. „ Ex homilia II S. Joan. Chrysostomi, interpretantis evangelium secundum Matthaeum: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. „

Pag. 184. Ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓ// ⲙⲁϩ̀ⲙ̀ⲃ̀ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗ ⲑⲏ ⲉⲧⲉ ⲡⲓⲥⲛⲟϥ ϣⲁⲧⲉⲃⲟⲗ ϧⲁⲣⲟⲥ ⲉⲧⲉ ϯⲉⲙⲟⲣⲣⲟⲟⲩⲥⲁ ⲧⲉ· ⲛⲑⲓⲕⲟⲛ. „ Idem S. Joa. Chrysostomus, ex sermone XLIX explicationis evangelii sec. Matthaeum, et de ea cujus sanguis defluebat i. e. de haemorrusa. Ethica. „

Pag. 207. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩ̀ⲕ̀ⲁ̀ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓ// ⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ ⲉⲃⲟⲗ ϯ// ⲙⲉⲧⲛⲁⲏⲧ. ⲛⲑⲓⲕⲟⲛ. „ Ex sermone LII S. Joa. Chrysostomi interpretantis evangelium secundum Matthaeum, de misericordia. Ethica. „

Pag. 235. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲛⲑⲓⲕⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟ// ⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲣⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲉⲩⲁⲅⲅⲉⲗⲓⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲙⲁⲑⲑⲉⲟⲛ ⲟⲩⲃⲉ ϯⲡⲉⲣⲓⲫⲁⲛⲓⲁ

ⲛⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲃⲁϩⲓϩⲏⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲙⲟⲩ ⲉⲧϣⲟⲩⲉⲓⲧ · ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲫⲏⲉⲧⲥⲱⲧⲉⲙ ⲛⲥⲁ ⲡⲓⲡⲁⲑⲟⲥ ⲉϥϣⲱⲟⲩ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲉⲙⲉⲧⲃⲱⲕ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲧⲉⲛϥⲁϣⲓ · ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲟⲩⲡⲉⲧⲉⲙⲥϣⲉ ⲡⲉ ⲉⲣⲁϣⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲁⲛⲕⲱϯ ⲛⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉϥⲉⲣ ⲡⲉϥⲛⲁⲡⲉⲩ ⲙⲙⲉⲑⲙⲏⲓ ⲉⲩⲉⲣⲙⲁϩϩ ϫⲉ ⲉϫⲉⲛ ⲛⲓⲡⲉⲧϣⲱⲟⲩ. „ Ex ethicis S. Joa. Chrysostomi interpretantis evang. sec. Matthaeum, contra arrogantiam superbiae et vanae gloriae, et de iis qui obnoxii sunt cupiditatibus pravis omni servitute acerbioribus, et quod decet gaudere de bonis proximi et dolere de malis. „

Pag. 261. Ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲡⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲛⲏⲉⲧ ϩⲏⲛⲟⲩ ϫⲏ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲡⲁⲓⲉⲱⲛ ⲛⲉϕⲗⲏⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲁⲧⲁⲛⲩⲓⲥ. „ Sermo beati Joannis Chrysostomi archiepiscopi Constantinopoleos, de iis qui solliciti sunt de rebus hujus saeculi vani, et de poenitentia et compunctione. „

Pag. 290. Ⲏⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲉϥⲏⲑⲓⲕⲟⲛ ⲉⲑⲃⲉ ϫⲉ ⲡⲉⲧⲓⲟⲥ ⲛⲛⲓⲡⲉⲧϣⲱⲟⲩ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲫϯ. = ⲓⲁ̅ „ Idem doctor S. Joa. Chrysostomus, ex ethicis ejus, de eo quod Deus non sit causa mali. = xi. „

Pag. 344. Ⲏⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϯϩⲱⲙⲕⲉⲛⲧⲉ. „ Idem doctor S. Joa. Chrysostomus, loquens de ligno ficus. „

Pag. 371. Ⲟⲩⲟⲙⲏⲗⲓⲁ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟⲥ ⲛϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ⲡϫⲓⲙⲓⲥⲓ ⲙⲡⲉⲛϭⲥ̅ ⲓⲏⲥ̅ ⲡⲭⲥ̅ · ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ. „ Homilia quam edidit S. Joa. Chrysostomus de nativitate Domini nostri Jesu Christi. In pace dei amen. „

Pag. 420. Ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲡϣⲁⲓ ⲛⲧⲉ ⲉⲡⲓⲫⲁⲛⲓⲁ. „ Sermo quem edidit S. Joa. Chrysostomus et archiepiscopus Constantinopoleos, compositum in festum epiphaniae. „

Pag. 456. Ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲩⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ⲉⲑⲃⲉ ⲡⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ ϧⲉⲛ ϯⲅⲉⲛⲉⲥⲓⲥ. ϫⲉ ⲕⲁⲣⲉ ⲡⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣϥ ϣⲟⲡ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲫⲟⲧⲟⲩ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲁⲙ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲧⲏⲣⲟⲩ · ϧⲉⲛ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ. „ Sermo S. Joannis Chrysostomi et archiepiscopi Constantinopoleos, disserentis de eo quod scriptum est in Genesi: *Omnis terra erat in uno labio et voce una*. In pace Dei amen. „

Pag. 490. Ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲏⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲉⲣⲙⲏⲛⲓⲁ ⲙⲡⲓⲙⲁϣⲓ̅ⲏ̅ ⲛ̅ⲯⲁⲗⲙⲟⲥ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ. ⲉⲑⲃⲉⲟⲩ ϯⲛⲁⲉⲣϣⲟⲩϯ ϧⲁⲧϣⲏ ⲛⲟⲩⲉϣⲟⲟⲩ ⲉϥϣⲱⲟⲩ ϯⲁⲛⲟⲙⲓⲁ ⲛⲧⲉ ⲡⲁⲡⲏⲓⲃⲉ ⲉⲥⲕⲱϯ ⲉⲣⲟⲓ. „ Similiter idem doctor S. Joa. Chrysostomus, ex interpretatione psalmi xliix de poenitentia: *Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me*. „

Pag. 507. ϯⲙⲁϣϧ̅ϯ ⲛⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲛⲧⲉ ⲡⲙⲏ̅ⲅ̅ ⲗⲟⲅⲟⲥ · ⲛⲥⲁ ⲛⲟⲩⲉⲣⲛⲟⲩ. = ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲏⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲥϧⲓⲙⲓ ⲛⲥⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ. „ Dominica secunda quadragesimae. Sermones tres, unus post alterum. = Si-

* Lege ⲛⲧⲉ ⲡϩⲙⲉ ⲅ̅ ⲗⲟⲅⲟⲥ.

militer idem S. Joa. Chrysostomus et archiepiscopus Costantinopoleos, disserens de muliere Samaritana. „

Pag. 523. Ϥⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲙⲁϩϧ̄ⲃ̄ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓϩⲟⲩⲓⲧ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥϩⲟⲟⲩ ⲛⲓⲱⲓ. = ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡⲓⲁⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁϥ ⲉⲃⲏⲉ ⲧ̀ϫⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ· ⲟⲩⲟϩ ϫⲉ ⲛⲁϥⲑⲏⲱ ⲡⲉ ⲉⲥⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲑⲟⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ϫⲁⲙⲁⲣⲓⲁ· ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲱϫⲡ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲉⲫⲁⲗⲉⲟⲛ. = ⲓ̅ⲃ̅ = [1] „ Hic est secundus post primum in die suo lectionis. = Idem doctor S. Joa. Chrysostomus, in sermone de Samaritana, et de eo: *Paratus erat ille transire e terminis Samariae*: et de reliquo ejus capituli. = XIX. „

Pag. 570. Ϥⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲓⲙⲁϩϩ̄ⲅ̄ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲡⲓⲃ̅ ⲛ̀ϩⲟⲩⲓⲧ. = ⲟⲙⲓⲱⲥ ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲥⲁϫⲓ ⲉⲃⲏⲉ ⲧ̀ϫⲁⲙⲁⲣⲓⲧⲏⲥ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲏⲉ ⲡⲉⲧⲥϧⲏⲟⲩⲧ. ϫⲉ ⲧ̀ⲛⲟⲩ ⲁ̀ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ ϣⲏⲟⲣⲧⲉⲣ. ⲛⲉⲙ ⲡⲥⲱϫⲡ. „ Hic est tertius post secundum praecedentem. = Similiter idem S. Joa. Chrysostomus, loquens de Samaritana, et de eo quod scriptum est: *Nunc anima mea turbata est*, et reliqua. „

VOL. XI. in 4.

Continuatio praecedentis, ex eodem volumine Vaticano LVII. Singula autem capita ita inscribuntur:

Pag. 1. Ⲟⲙⲓⲱⲥ ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡⲓⲁⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲃⲏⲉ ⲡⲓϩⲟⲧⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ⲅⲁⲗⲓⲗⲉⲁ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲏⲉ ⲫⲛⲉⲧϩⲏⲟⲩⲧ. ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲧⲉϩⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲧⲁⲟⲩⲛⲟⲩ. = ⲕ̅. „ Similiter idem doctor S. Joannes Chrysostomus et archiepiscopus Constantinopoleos, sermone quem edidit de occultatione in Galilaea, et de eo quod scriptum est: *Nondum venit hora mea*. = XX. „

Deest finis hujus sectionis, et forte periit subsequens sectio integra, siquidem quae lacunam excipit insignita est numero XXII.

Pag. 67. Ⲟⲩⲟⲙⲓⲗⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲡⲓⲁⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲉⲃⲏⲉ ⲛⲏⲉⲧⲁϫⲱⲙⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲅⲁⲓⲛⲁ ⲛⲉⲙ ⲉⲃⲏⲉ ⲡⲓⲙⲁϩϩⲏⲏⲩⲧ. = ⲕ̅ⲃ̅. „ Homilia ejusdem doctoris S. Joa. Chrysostomi et archiepiscopi Constantinopoleos, quam composuit de iis quae acciderunt tempore Gainae, et de afflictione. = XXII. „

Ex contextu apparet esse epistolam de persecutione orthodoxorum.

Pag. 99. Ⲟⲙⲓⲱⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩϩ̄ⲁ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲥⲉⲣⲙⲏⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙⲙⲁϩϩ̄ⲁ̅ⲧ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ. = ⲕ̅ⲅ̅ = „ Similiter ex sermone IV S. Joa. Chrysostomi et archiepiscopi Costantinopoleos, quo interpretatur epistolam II ad Thessalonicenses. = XXIII. „

Subscriptio pag. 120. Ⲥⲱⲛ ϯⲉⲙⲓ. = ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲁⲓϣⲉⲡⲉⲣⲫⲙⲉⲩⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁⲓⲁⲅⲁⲑⲟⲥ ⲛ̀ϫⲱⲙ ⲉⲃⲟⲗϣⲓⲧⲉⲛ ⲡ̀ⲧⲙⲁⲩ̀ ⲙⲫ̀ⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲙⲓⲣⲟⲟⲩϣ ⲡⲓⲙⲁⲟⲥ ⲙⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲡⲁⲡⲁ ⲃⲓⲕⲧⲱⲣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧ̀ⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲛⲓϣⲩ̀ⲧ ⲁⲃⲃⲁ ⲙⲁⲕⲁⲣⲓ. = ⲁⲣⲓ ⲡⲉϥⲙⲉⲩⲓ ⲉϥⲟⲛϧ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲣ ⲡⲓⲛⲓⲁⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥϣⲏⲣⲓ ⲙⲡⲁ̅ⲧⲓⲕⲟⲥ, ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϣⲁⲛⲥⲓⲛⲓ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲃⲓⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲧ̀ⲙⲉⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲁ ⲙ̀ⲯⲩ

1 Scribendum erat ⲓ̅ⲕ̅, nam ex sequentibus apparet esse hanc sectionem XVIII.

ϫⲏ ⲛⲉⲙ ⲛⲏⲉⲃⲟⲩⲁⲃ ⲛ̀ⲧⲁϥ. ⲟⲩⲟϩ ⲁⲣⲓ ⲡⲙⲉⲩⲓ ⲙ̀ⲡⲁⲡⲁ ⲑⲉⲟⲇⲱⲣⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉϥϣⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉⲣ ⲡⲓⲛⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ, ϫⲉ ⲛⲑⲟϥ ⲁϥϥⲓ ⲫⲣⲟⲟⲩϣ ⲛ̀ⲛⲓⲅⲣⲁⲫⲏ ⲉⲃⲟ// ⲩⲁⲃ (ⲉϥ) ⲥ̀ϧⲏⲧⲟⲩ, ⲉⲣⲉ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲥ̀ϧⲏⲧ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ ϧⲉⲛ ⲡϫⲱⲙ ⲛ̀ⲛⲉⲧⲟⲛϧ. ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ ⲁⲙⲏⲛ. „ Cum Deo. Factum est hoc exemplar hujus boni libri per dilectum dei et curatorem populi fidelis papam Victorem de tabernaculo magni abbatis Macarii. = Recordamini ejus ut Dominus faciat misericordiam ei et filio eius spirituali; et ubi transiverit ex hac vita, dominus det requiem beatae animae ejus cum sanctis suis. Et recordamini papae Theodori lectoris, ut Dominus faciat misericordiam animae ejus, quia ipse curam gessit scripturarum sacrarum, scripsitque eas, ut dominus Jesus Christus scribat nomen ejus in libro viventium. Amen. amen. amen. „

Pag. 121. Ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩⲉ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛ// ⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲛⲟⲩⲱⲧ ⲙⲙⲁϩⲃ̅ϯ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲏⲥ. = ⲕ̅ⲁ̅. „ Similiter ex sermone v S. Joa. Chrysostomi et archiepiscopi Costantinopoleos, interpretantis eandem epistolam II ad Thessalonicenses. = XXIV. „

Pag. 136. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲁϫⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧϧⲁⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡ// ⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ ⲉ ⲁϥⲉⲣⲉⲙⲏⲉⲩⲓⲛ ⲙⲙⲟⲥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓ// ⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ. „ Ex verbis ultimis primae epistolae ad Thessalonicenses, quam interpretatus est S. Joa. Chrysostomus. „

Pag. 167. Ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩⲁ̅ ⲛ̀ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛ// ⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁ̀ⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ ⲑⲁⲓ ⲉⲧⲉ ⲧⲉⲥ// ⲁⲣⲭⲏ. ϫⲉ ⲉⲑⲃⲉ ⲫⲁⲓ ⲁⲛⲟⲕ ϣⲱ ⲟⲩⲛϩⲏⲧ ⲁⲛ ⲁⲓⲟⲩⲱⲣⲡ ⲉⲉⲓⲙⲁⲓ ⲡⲉⲧⲉⲛⲁϩϯ. ⲛⲉⲙ ⲉⲑⲃⲉ ϯⲁⲅⲁⲡⲏ. „ Similiter ex sermone IV S. Joannis Chrysostomi et archiepiscopi Constantinopoleos, interpretantis epistolam I ad Thessalonicenses, cujus initium est: *Propterea et ego amplius non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram*. Et de charitate. „

Subscriptio pag. 181. Ⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲡⲓⲥⲃⲟⲩⲓ. „ Benedic mihi, ignosce mihi, ego Pisbui. „

Pag. 182. Ⲟⲙⲟⲓⲱⲥ ⲛⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲡⲓ// ⲁ̀ⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓ// ⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ ⲉϥϫⲱⲙⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲫⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲁⲛϫⲱ ⲙⲙⲟⲥ ⲛⲱⲧⲉⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲥⲁϫⲓ ⲙ̀ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲉⲛⲫⲟϩ ⲉⲛⲏⲉⲧⲁⲩⲉⲛⲕⲟⲧ. ϫⲉ ⲛⲑⲟϥ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲁϩⲥⲁϩⲓⲛ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲙⲏ ⲛⲁⲣⲭⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲁⲗⲡⲓⲅⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̀ϯ ⲉϥⲉⲓ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲧⲫⲉ. ⲡⲓⲣⲉϥⲙⲱⲟⲩⲧ ⲉⲧϧⲉⲛ ⲡⲭ̅ⲥ̅ ⲉⲩⲉⲧⲱⲟⲩⲛⲟⲩ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ, ⲁⲛⲟⲕ ϣⲱⲙ ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲱⲥ ⲁⲛⲟⲕ ϧⲁ ⲛⲏⲉⲧⲟⲛϧ ⲉⲃⲏⲁⲥⲱϫⲡ ⲉⲩⲉϩⲟⲗⲙⲉⲛ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ ⲉⲩⲥⲟⲡ ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲃⲏⲛⲓ, ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲁⲙ ⲉⲡⲟ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁⲏⲣ, ⲡⲁⲓⲣⲏ̀ϯ ⲉⲛⲉϣⲱⲛⲧ ⲛⲉⲙ ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲛⲥⲛⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ. = ⲕ̅ⲍ̅. „ Similiter quoque S. Joannes Chrysostomus archiepiscopus Constantinopoleos, explicatione epistolae primae ad Thessalonicenses, ubi dicitur: *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventu Domini, non praeveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de coelo: et mortui qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus*. = XXVII. „

Subscriptio pag. 220. Ϣⲱⲟⲩ ⲉⲣⲟⲓ ϫⲱ ⲛⲏⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲁⲡⲟⲕ ⲡⲓϭⲃⲟⲩⲓ. „ Benedic mihi, ignosce mihi, ego Pisbui. „

Pag. 221. Ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲏⲑⲓⲕⲟⲛ ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓ// ϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯⲙⲁϩϩ̀ϯ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓ// ⲕⲉⲓⲥ. = ⲕ̅ⲏ̅. „ Ex ethicis pariter S. Joannis Chrysostomi, interpretantis epistolam secundam ad Thessalonicenses. = xxiix. „

Pag. 245. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲛⲓⲏⲑⲓⲕⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯⲙⲁϩϩⲟⲩϯ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓ// ⲕⲉⲓⲥ. = ⲕ̅ⲑ̅. „ Similiter quoque S. Joannes Chrysostomus, ex ethicis, ubi interpretatur epistolam secundam ad Thessalonicenses. = xxix. „

Pag. 270. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲡⲁⲓϩⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟ// ⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯⲉⲡⲓ// ⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲑⲉⲥⲥⲁⲗⲟⲛⲓⲕⲉⲓⲥ. ⲏⲑⲓⲕⲟⲛ. „ Similiter idem doctor S. Joannes Chrysostomus et archiepiscopus Constantinopoleos, ex epistola ad Thessalonicenses. ethica. „

Pag. 288. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲟⲛ ⲡⲁⲓϩⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟ// ⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ⲧ// ϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ. ⲏⲑⲓⲕⲟⲛ. „ Similiter idem doctor S. Joannes Chrysostomus archiepiscopus Constantinopoleos, expositione epistolae primae ad Corinthios. ethica. „

Pag. 410 [1]. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗ// ϧⲉⲛ ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲣⲓⲛⲑⲓⲟⲩⲥ. = ⲗⲁ̅. „ Pariter quoque S. Joannes Chrysostomus, ex prima epistola ad Corinthios. = xxxi. „

Pag. 482. Ⲉⲃⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ ⲡⲓⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ϧⲁⲉ ⲟⲛ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ [2] ϧⲉⲛ ϯⲙⲁϩϩⲁ ⲛ̀ⲕⲩⲣⲓⲁⲕⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲉⲡⲓⲛⲓⲉⲥ. = ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁϩϩⲓⲃ̅ ⲡⲗⲟⲅⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁ// ⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ϯϣⲟⲣⲡⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲙⲟⲑⲉⲟⲛ ⲉⲃⲃⲉ ϯⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ. „ De poenitentia, ultimus pariter sermo qui recitatur dominica IV mensis Epiphi. = Ex sermone XII S. Joannis Chrysostomi, interpretantis epistolam primam ad Timotheum de poenitentia. „

Pag. 503. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓ// ⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓ// ⲧⲟⲛ. = ⲗⲁ̅. „ Similiter S. Joannis Chrysostomi, ubi interpretatur epistolam ad Titum. = xxxiv. „

Pag. 522. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ϯⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲧⲓⲧⲟⲛ. „ Similiter S. Joa. Chrysostomus, ex epistola ad Titum. „

Pag. 540. Ⲟⲩⲟⲓϣⲓⲥ ⲟⲛ ⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ϫⲱⲁⲛⲛⲏⲥ ⲡⲓϫⲣⲓⲥⲟⲥⲧⲟⲙⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲕⲱⲛⲥⲧⲁⲛⲧⲓⲛⲟⲩⲡⲟⲗⲉⲟⲥ ⲉϥⲉⲣⲉⲙⲏⲛⲉⲩⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲣⲟⲥ ⲕⲟⲗⲁⲥⲁⲓⲥ. = ⲗⲁ̅. „ Similiter quoque S. Joannes Chrysostomus et archiepiscopus Constantinopoleos, interpretatione epistolae ad Colossenses. = xxxvi. „

Duo praeterea capita priora hujus codicis, quae habentur statim ab initio voluminis x, denuo descripta sunt in calce hujus voluminis a pag. 805.

1 Nimirum post paginam 299 sequitur 400, errore inde continuato.

2 Scribe ⲉⲩⲉϫⲱ ⲙ̀ⲙⲟϥ.

COD. XI. ex volumine Vaticano LVIII. Inscribitur: ϯⲕⲁⲣⲓⲁⲕⲏ ⲙⲙⲟⲩⲣⲉ// ϧⲟⲩⲏ ⲛⲛⲓϣϯ. = ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉⲛⲧⲉ ⲡⲛⲓϣϯ ⲛⲥⲁϧ ⲛⲧⲉ ϯⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ ⲡⲓⲉⲅⲓⲟⲥ ⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲟⲥ ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲕⲉⲥⲁⲣⲓⲁ ⲛⲧⲉ ⲧⲕⲁⲡⲡⲁⲇⲟⲕⲓⲁ ⲉ ⲁϥϫⲟϥ ⲉⲃⲏⲉ ϯⲛⲏⲥⲧⲓⲁ ⲉⲃⲟⲩⲁⲃ. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫ̀ϯ ⲁⲙⲏⲛ. „ Die dominica magni jejunii. = Sermo magni doctoris orbis terrarum S. Basilii episcopi Caesareae Cappadociae, quem dixit de sancto jejunio. In pace dei amen. „

Subscriptio in fine codicis: ⲡϭ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓ ⲙⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲛⲁⲧⲉⲙⲡⲱⲁ ⲛⲓ// ⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲭⲁⲏⲗ ⲁⲙⲏⲛ. „ Domine Jesu miserere servi tui indigni diaconi Chael. amen. „

COD. XII. ex volumine Vaticano LIIX. Continet sermones duos:

I. Ⲟⲩⲗⲟⲅⲟⲥ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛϫⲉ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲉⲃⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡⲓⲟ// ⲥⲓⲱⲧⲁⲧⲟⲥ ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲙⲁⲓⲭⲣ̅ⲥ̅ ⲥϧⲱⲟⲩ ⲉⲃⲏⲉ, ⲧϫⲓⲛⲓ ⲙⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉⲓⲗⲏ̅ⲙ ⲉϥⲟⲓ ⲛⲕⲟⲩϫⲓ ⲛⲁⲗⲟⲩ, ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲣⲏⲧ̀ ⲉⲧⲁϥϭⲓⲧϥ ⲛϫⲉ ⲥⲩⲙⲉⲱⲛ ϩⲓϫⲉⲛ ⲛⲉϥϫⲓϫ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲥⲙⲟⲩ ⲉⲣⲟϥ. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲫ̀ϯ ⲁⲙⲏⲛ. „ Sermo quem scripsit sanctus pater noster abbas Zacharias sanctissimus episcopus urbis Christi-amantis Shhòu, de adventu Domini ad Hierusalem cum esset parvus puer, et quomodo sumsit eum Symeon super manibus suis et benedixit ei. In pace Dei amen. „

II. Ⲡⲓⲇ̅ⲛ̅ ⲛⲉϩⲟⲟⲩ ⲛⲧⲉ ⲛⲓⲛⲓⲉⲩⲏ ϧⲉⲛ ϯⲥⲕⲏⲛⲏ ⲙⲙⲏϯ. = ⲟⲩⲇⲓⲁⲕⲟⲛⲟⲥ ⲕⲉ// ⲗⲟⲅⲟⲥ ⲙⲡⲁⲣⲁⲕⲗⲏⲧⲓⲕⲟⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲁⲓⲥⲁϧ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲛⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲉⲩⲥⲉⲃⲏⲥ ⲡⲉⲡⲓⲱⲧ ⲉⲃⲟⲩⲁⲃ ⲁⲃⲃⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙⲙⲁⲓⲭⲣ̅ⲥ̅ ⲥϧⲱⲟⲩ, ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛϩⲣⲉⲛ ⲛⲁⲧⲉϥⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉϥⲱϣϩ [1] ⲙⲙⲱⲟⲩ ⲉⲧⲁⲥⲱⲱⲟⲩ ϧⲁ ⲫ̀ϯ ϧⲉⲛ ⲡⲟⲩϩⲏⲧ ⲧⲏⲣϥ, ⲟⲩⲟϩ ⲡⲁⲓⲣⲏⲧ̀ ⲛⲥⲉⲛⲟϩⲉⲙ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲉϥϫⲱⲛⲧ. ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓ ⲅⲁⲣ ⲁⲟⲩⲱⲁⲛⲁⲧⲓⲕⲟⲛ ⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲛϣⲱⲛⲧⲓ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲏϣ ⲙⲙⲁ, ⲉϥⲉⲣϣⲟⲣⲡ ⲛⲧⲁϫⲣⲱⲟⲩ ⲙⲡⲁⲓⲣⲏⲧ̀ ϫⲉ ⲛⲛⲉϥϭⲟϩ ⲉⲣⲱⲟⲩ ϩⲱⲟⲩ, ⲉ ⲁϥϫⲱ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲛϧⲏⲧϥ ⲛⲧϩⲓⲥⲧⲟⲣⲓⲁ ⲛⲛⲉⲧⲁϣⲱⲛⲧⲓ ⲛⲛⲓⲣⲉⲙⲛⲓⲛⲉⲩⲏ. „ Triduum Ninivitarum in tabernaculo medio. = Pariter alius sermo consolatorius ejusdem doctoris pietatis patris nostri abbatis Zachariae episcopi urbis dei-amantis Shhòu, quam scripsit civibus suis exhortans eos ut ad Deum se converterent omni corde suo et sic effugerent iram ejus. Pestilens enim morbus coeperat multis in locis, quare properavit confirmare eos hoc modo, ne eos quoque attingeret plaga, et in sermonem inseruit historiam ejus quod accidit Ninivitis. „

Desideratur finis hujus sermonis.

COD. XIII. ex volum. Vatic. LXIV. Ⲡⲓϫⲓⲛⲁϩϧ ⲛⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲓⲉ// ⲛⲁϫⲱⲣⲓⲧⲏⲥ ⲉⲃⲟⲩⲁⲃ. „ Vita abbatis Pauli anachoretae sancti. „

Incipit: Ⲟⲩⲙⲏϣ ⲛⲥⲟⲡ ⲁϥϣⲱⲛⲧⲓ ⲛϫⲉ ⲟⲩⲕⲓⲙ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲕⲱϯ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟ// ⲧⲟⲩ ⲛⲓⲙⲟⲛⲁϫⲟⲥ ⲉⲃⲟⲩⲁⲃ ⲛⲛⲉⲧⲁϣⲱⲛⲧⲓ ϧⲉⲛ ⲧϫⲱⲣⲁ ⲛϫⲏⲙⲓ ⲉⲩϫⲱⲙⲙ// ⲙⲟⲥ, ϫⲉ ⲛⲓⲙ ϩⲁⲣⲁ ⲁϥϣⲱⲛⲧⲓ ⲛϣⲟⲣⲡ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲡϣⲁϥⲉ. — ϩⲁⲛⲕⲉϫⲱⲟⲩⲛⲓ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲟⲩⲙⲉⲩⲓ ⲙⲙⲁⲩⲁⲧⲟⲩ ⲛⲁⲩϫⲱⲙⲙⲟⲥ ⲡⲉ, ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ ⲛϣⲟⲣⲡ ⲁϥϣⲱⲛⲧⲓ ϩⲓ ⲡϣⲁϥⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲱⲟϥ ⲛϣⲟⲣⲡ ⲁϥⲧⲁϩⲉ ⲙⲓϩⲱⲙ ⲉⲣⲁⲧϥ. ⲉϣⲱⲙ ⲛⲧⲉⲛϧⲟⲧϧⲉⲧ ⲁⲕⲣⲓⲃⲱⲥ ⲧⲉⲛⲛⲁϫⲉⲙⲥ ⲁⲛ ⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓ ϫⲉ ⲛⲱⲟϥ ⲡⲉ ⲉⲧ ⲁϥϫⲉⲙ ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙⲡϣⲁϥⲉ ⲛϣⲟⲣⲡ, ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ

1 Lege ⲉϥⲱϣϩⲙ.

ⲡⲉ . ⲁⲛⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲁ ⲅⲁⲣ ⲉⲡⲓⲙⲁⲑⲩⲧⲏⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲛⲧⲱⲛⲓⲟⲥ ⲉⲧⲉ ⲛⲏ ⲛⲉ ⲉⲧ ⲁⲩⲑⲟⲙⲥϥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲧⲁⲙⲓⲟⲛ, ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲣⲉⲙⲣⲏⲥ ⲛⲑⲟϥ ⲁϥⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲛ̀ϣⲱⲛⲓ ϩⲓ ⲡ̀ϣⲁϥⲉ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ. — ⲁⲥϣⲱⲛⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲛⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲗⲓⲕⲓⲁⲥ ⲡⲓϩⲓⲱⲕⲧⲏⲥ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲁⲗⲉⲣⲓⲁⲛⲟⲥ — ⲛⲁⲣⲉ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲓ̅ⲁ̅ ⲣⲟⲙⲡⲓ ⲛⲁϥⲃⲓ̈ⲥⲃⲱ ⲡⲉ ⲉⲡⲓⲥϧⲁⲓ. „ Saepe mota fuit quaestio inter monachos sanctos in Aegypto, quisnam primus fuerit in deserto. — Nonnulli quidem autumarunt abbatem Antonium primum vixisse in deserto et instituisse vitam eremiticam. At accuratius inquirentes inveniemus, non eum sed beatum abbatem Paulum primum fuisse. Incidimus enim in discipulos beati abbatis Antonii, eos nimirum qui eum sepeliverunt, et hi nobis demonstraverunt, abbatem Paulum e superiore Aegypto primum coepisse vivere in deserto. — Tempore Liciae persecutoris et Valeriani, Paulus annum agens XVI litteras discebat. „ Inde post lacunam, quae complures paginas abstulisse videtur, narrantur vulgata illa de visione S. Antonii, qua certior factus, morari in interiori deserto virum se praestantiorem, ad eum quaerendum se accinxit, et innixus baculo e palmae ramo, ⲉϥⲙⲟⲱⲓ ⲉⲣⲉ ⲡⲉϥϣⲃⲱⲧ ⲛ̀ϧⲁⲓ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥϫⲓϫ ⲉ ⲁϥⲟⲩⲁϩϥ ⲉϫⲱϥ, per desertum pergens incidit in hippocentaurum et satyrum, ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ ⲉϥⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ϫⲁϩⲁϫⲓⲁ [1] ⲟⲩⲟϩ ⲉϥϩⲓⲉⲣⲁⲧϥ ϩⲓϫⲉⲛ ⲟⲩⲱⲛⲓ ⲉⲣ(ⲉ) ⲟⲩⲟⲛ ϩⲁⲛⲧⲁⲡ ϩⲓϫⲱϥ ⲛⲉⲙ ⲧⲉϥⲧⲉϩⲛⲓ. Deinde secutus melem [2] magnam, currentem et anhelantem, ascendit in verticem montis, et in antro ubi intraverat animal illud, conspexit beatum senem abbatem Paulum. ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϩⲱⲓϯ ⲉⲥϭⲟϫⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲥⲛⲓϥⲓⲉⲃⲟⲗ ⲉⲙⲁϣⲱ ⲉⲥⲛⲁ ⲉⲡϣⲱⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲁⲫⲉ ⲙ̀ⲡⲓⲧⲱⲟⲩ, ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲙⲟⲱⲓ ⲛⲥⲱⲓⲥ. ⲉⲧⲁϥϧⲱⲛⲧ ϫⲉ ⲉⲡⲓϭⲏⲃ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉϥϩⲏⲗ ⲉϧⲟⲛ ⲉⲣⲟϥ, ⲟⲩⲟϩ ⲉⲧⲁϥⲥⲟⲙⲥ ⲉϧⲟⲛ ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲛ̀ϧⲉⲗⲗⲟ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ. Sequuntur nota illa de corvo qui cibum iis apportavit, de sepultura Pauli in fovea a duobus leonibus effossa, et de pallio ejusdem e palmarum foliis plexo, ϯϣⲩⲏⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲁⲩⲗⲉ ⲑⲛⲉⲧⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟⲥ ⲛⲁϥ ⲉⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲉⲙⲃⲉⲛⲓ, quod secum abstulit Antonius, et festis diebus paschatis et pentecostes gestare intituit. In fine autem inquit auctor: ⲁⲛⲟⲕ ϫⲉ ⲓⲉⲣⲱⲛⲩⲙⲟⲥ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ ϯϯϩⲟ ⲟⲩⲟⲛ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲉⲑⲛⲁϣⲱϥ ⲙ̀ⲡⲁⲓϫⲱⲙ ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣ ⲡⲁⲙⲉⲩⲓ. ϫⲉ ⲟⲩⲛⲓ ⲅⲁⲣ ϯⲛⲁⲟⲩⲁϥϣ ϯϣⲩⲏⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲡⲁⲩⲗⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥⲛⲁϩϯ ⲉϩⲟⲧⲉ ϯⲡⲟⲣⲫⲩⲣⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲟⲩⲣⲱⲙⲟⲩ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲃⲓϩⲏⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲟⲩⲱⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ. „ Ego autem Hieronymus peccator oro omnes qui legent hunc librum, mementote mei. Nam multo malim vestem beati Pauli et fidem ejus quam purpuram regum et vestimenta et gloriam omnem eorum. „

COD. XIV. ex vol. Vatic. LXII. Ⲟⲩⲉⲅⲕⲱⲙⲓⲟⲛ ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ ⲉⲡⲓⲁⲅⲓⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲡⲓⲡⲁⲣⲑⲉⲛⲟⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲡⲟⲗⲓⲥ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲫⲏ ⲉⲧⲁϥⲉⲣⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲫⲣⲁⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛϭ̅ⲥ̅ ⲓⲏ̅ⲥ̅ ⲡⲭ̅ⲥ̅, ⲉ ⲁϥⲧⲁⲟⲩⲟϥ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲉⲩⲕⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲉⲥⲁⲡⲉⲙⲉⲛⲧ ⲛ̀ϯⲡⲟⲗⲓⲥ · ⲉⲩⲉⲣϣⲁⲓ ⲛⲁϥ ϧⲉⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉϥⲉⲣⲫⲱⲙⲉⲛⲓ ⲉⲧⲧⲁⲓⲛⲟⲩⲧ ⲉⲧⲉ ⲥⲟⲩⲕ̅ⲃ̅ ⲛⲁⲑⲱⲣ. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫϯ ⲁⲙⲏⲛ. „ Encomium quod scripsit

1 Invenio in lexico ϫⲁϫⲁϫⲓϥ *formica*, sed quo pacto Satyrus formicae comparandus?

2 De ϩⲱⲓϯ *mele*, quam conjicio esse ichneumonem, vide infra Cod. XLIV.

abbas Alexander archiepiscopus Alexandriae in S. Petrum virginem et archiepiscopum ejusdem urbis, qui martyrium sustinuit pro nomine domini nostri Jesu Christi, quod et recitavit in oratorio ejus quod est a parte occidentali urbis, ubi festum ejus celebrant die honoratae commemorationis ejus, qui est dies xxix mensis Athòr. In pace Dei amen. „ Sermo inter alia est de Sabellio haeretico, qui surrexit tempore Theonae archiepiscopi praedecessoris Petri; de persecutione sub Diocletiano, qua vigente in Mesopotamiam secessit Petrus comitibus Achilla et hujus encomii auctore; de Melitio episcopo Lycopolitano, qui absente Petro invasit thronum Alexandriae, sed postea ab eo in Aegyptum reverso pulsus est; de Ario presbytero qui secutus errorem Origenis affirmavit filium Dei esse creaturam. ⲉⲣⲉ ⲛⲓⲭⲣⲏⲥⲧⲓⲁⲛⲟⲥ ⲉⲣⲡⲁⲣⲏⲥⲓⲁⲥⲑⲉ ⲙⲙⲱⲟⲩ ⲛⲟⲩⲕⲟⲩϊ, ⲙⲡⲉ (ⲡⲓ)ⲁⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ϣⲁⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲁϥⲧⲟⲩⲛⲟⲥ ⲟⲩⲁⲓⲱⲧⲙⲟⲥ ⲉϥϩⲟⲣϣ ⲉϫⲱⲛ ϩⲓⲧⲉⲛ ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ ⲛⲁⲥⲉⲃⲏⲥ ⲁⲓⲟⲕⲗⲏⲧⲓⲁⲛⲟⲥ, ⲉ ⲁϥϕⲱⲛ ⲛⲟⲩⲙⲏϣ ⲛⲥⲛⲟϥ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲃⲏⲉ ⲫⲣⲁⲛ ⲙⲡⲭ̅ⲥ̅ ϧⲉⲛ ⲧϫⲫⲣⲓⲕⲏ ⲛⲉⲙ ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲟⲛⲓⲁ ⲛⲉⲙ ϫⲏⲙⲓ ⲛⲉⲙ ⲧⲁⲛⲁⲧⲟⲗⲏ. ϩⲓⲧⲉⲛ ⲧⲁⲓⲗⲱⲛⲓ ⲟⲩⲛ ⲁⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲫⲱⲧ ⲉⲧⲙⲉⲥⲟⲡⲟⲧⲁⲙⲓⲁ, ⲉⲓⲛⲉ// ⲙⲁϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲁⲓⲱⲧ ⲁϫⲏⲗⲗⲁ. — ⲉⲧⲓ ⲇⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁⲡⲥⲁⲧⲁⲛⲁⲥ ⲧⲟⲩⲛⲟⲥ ⲕⲉⲕⲟⲩϊ ⲛϣⲟⲣⲧⲉⲣ ⲉϫⲉⲛ ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ. ⲟⲩⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲇⲉ ⲙⲉⲗⲓⲧⲓⲟⲥ ⲟⲩⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲥⲓⲱⲟⲩⲧ ⲁϥⲉⲣⲉⲡⲓⲑⲩⲙⲓⲛ ⲉⲃⲓ ⲛ̀ⲧⲙⲉⲧⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ. ⲉⲧⲁϥϫⲉⲙ ⲧⲉⲕⲕⲉⲣⲓⲁ ⲇⲉ ⲉⲣⲉ ⲁⲃⲃⲁ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲫⲏⲧ, ⲁϥϣⲉⲛⲁϥ ⲉϧⲟⲛ ⲉⲣⲁⲕⲟ̀ⲧ ⲁϥϩⲉⲙⲥⲓ ϩⲓϫⲉⲛ ⲡⲓⲑⲣⲟⲛⲟⲥ. — ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲉ ⲟⲩⲕⲟⲩϊ ⲛϩⲓⲣⲏⲛⲏ ϣⲱⲡⲓ ⲁⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲕⲟⲧϥ ⲉⲣⲁⲕⲟ̀ⲧ ⲁϥϣⲟⲣϣⲉⲣ ⲙⲙⲉⲗⲓⲧⲓⲟⲥ. ⲉⲧⲁϥϕⲱⲧ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲉⲃⲓⲛⲏ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲁϥⲓⲣⲓ ⲛϩⲁⲛϩⲃⲏⲟⲩⲓ ⲡⲁⲣⲁ ⲡⲓⲕⲁⲛⲱⲛ.

Subscriptio in fine: ⲡⲟ̅ⲥ̅ ⲁⲣⲓ ⲡⲓⲙⲁⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲉⲕⲃⲱⲕ ⲡⲓⲇⲓⲁⲕⲱⲛ ⲅⲁⲃⲣⲓⲏⲗ ⲕⲟⲥⲙⲏ ⲁⲙⲏⲛ. „ Domine miserere servi tui diaconi Gabrielis Cosmae. amen. „

COD. XV. ex volum. Vatic. LXII. Ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲁⲣⲭⲓⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ ⲡⲓⲁⲣⲭⲏⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟ̀ⲧ ⲉⲧⲁϥϫⲱⲕ ⲙⲡⲉϥⲁⲅⲱⲛ ⲉⲃⲟⲩⲁϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲥⲟⲩⲕⲱ̅ⲃ̅ ⲙⲡⲓⲁϩⲟⲧ ⲁⲃⲱⲣ. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ⲫ̀ⲧ ⲁⲙⲏⲛ. „ Martyrium S. Petri archiepiscopi Alexandrini, qui consummavit certamen suum sanctum die xxix mensis Athòr. In pace Dei amen. „

Argumentum fere hoc est: Anno Diocletiani XIX excitata est ingens persecutio, et tribuni et praesides ad id constituti sunt in omnibus provinciis, et in Aegypto a Thebaide magna usque ad Libyen quae porrigitur ad usque Leptin. Immensus autem fuit martyrum numerus in Africa et Mauretania, Aegypto, Thebaide, Cyrene, Palaestina et Phoenicia. In his Petrus, magnus archiepiscopus Alexandriae, qui in carcere praedixit, successurum sibi esse in throno Achillam et post hunc Alexandrum; Arium autem impium anathematizavit. Commemoravit et fratres episcopos, Phylel et Hesychium, et Pahhòm et Theodorum, qui in vincula conjecti fuerant, quo tempore ipse absens erat in Mesopotamia, et martyrii coronam acceperant una cum clericis plus DCLX. Hortatus quoque est suos, ut caverent a Melitio Lycopolitano qui lacerabat ecclesiam et insidias struebat bonis. E carcere ductus est Petrus in locum quem vocant Bucolorum, ubi S. Marcus Evangelista passus erat. In itinere obviam facti senex et anus, a castro ad oppidum descendentes, obtulerunt ei pellem quadrangulam et sindonium. Postquam autem ventum esset amplius ad austrum in locum martyrii S. Marci, in valle porrecta ad planitiem

sepulcrorum, tribuni recidi jusserunt caput Petri, Quod ubi rescivit populus, scilicet archiepiscopum nocturno tempore et remotiore in loco interfectum, magnae turbae natae sunt. Contentio etiam orta est in populo de corpore ejus, dum alii sepelire vellent in ecclesia Theonae, alii in loco S. Marco consecrato. Proceres autem civitatis, senatorii homines ex Dromo, veriti ne oriretur seditio, corpus pelle illa involutum transtulerunt in navigium, siquidem locus mari adjacebat, et Pharum circumvecti appulerunt ad locum dictum Leucates, ibi deposuerunt in coemeterio, quod ipse sibi construxerat in suburbio a parte occidentali civitatis. Sed populus non permisit ut sepeliretur, antequam mortuum collocassent in throno episcopali in ecclesia, clero comitante, quo facto sepeliverunt eum in sindoniis et holosericis cum aromatibus.

ⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲙⲛ ⲡϫⲓⲟⲩⲉ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ ⲛⲕⲁⲛⲓⲙ , ⲙⲛ ⲛⲟⲃⲉ ⲛⲓⲙ ⲛⲧⲁⲛⲁⲁⲩ ⲉⲣⲁⲓⲛϩⲏ//
ⲧⲉ . ⲡⲗⲏⲛ ⲛⲧⲟ ⲑⲗⲗⲱ [83] ⲉⲡⲓϩⲏ ⲁⲣⲉⲥϩⲁⲓ ⲛⲁⲛ, ϫⲉ ⲁⲓⲟⲩⲉⲛϩ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲧⲏⲣϥ
ⲉⲣⲱⲧⲏ ⲡⲉ , ⲁⲣⲟⲩⲉⲛϩ ⲡⲟⲩϩⲏⲧ ⲉⲣⲟⲛ ⲛⲧⲉⲓϩⲉ ⲛⲛⲉ ϭⲉ ⲣⲱⲙⲉ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲡⲉϥ//
ϩⲏⲧ ⲉⲣⲱⲙⲉ ⲉⲛⲉϩ . ⲙⲛ ⲉⲙⲙⲉ [84] ⲙⲙⲟ ⲉⲙⲙⲟⲥⲧⲉ ⲛⲧⲁⲡⲟⲗⲗⲉ [85], ⲛ ⲉⲙ//
ⲙⲉ ⲙⲙⲟⲥ ⲉⲙⲙⲟⲥⲧⲉ ⲙⲙⲟ ⲛⲧⲟ , ⲛ ⲉⲙⲙⲉ ⲛⲟⲩⲉⲓ ⲙⲙⲱⲧⲛ ⲧⲏⲣⲧⲛ ϩⲙ//
ⲧⲛⲧⲛⲩⲧⲛ ⲉⲙⲙⲟⲥⲧⲉ ⲛⲟⲩⲉⲓ , ⲛ ⲉⲙⲙⲟⲥⲧⲉ ⲛⲧⲟϥ [86] ⲛⲟⲩⲁ ϩⲁⲧⲛ ⲉⲙⲙⲉ

79 ⲃⲁⲗⲙⲉ *perversus, praevaricator*. Cod. cciv p. 224 ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲃⲱⲱⲙⲙⲉ ⲛ//
ⲛⲉⲧⲥⲟⲩⲧⲱⲛ, *qui pervertunt quae recta sunt*, ibid. p. 234 ⲛⲉⲓϩⲏⲩⲉ ⲉⲧⲃⲟⲟⲙⲉ ⲉⲧⲉ
ⲙⲛϩⲏⲩ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ, p. 225 ⲡϣⲏⲣⲉ ⲛⲕⲣⲟϥ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲟⲟⲙⲉ, p. 207 ⲡϣⲏⲣⲉ ⲉⲧ//
ⲃⲟⲟⲙⲉ ⲉϫⲓⲥⲃⲱ ϥⲙⲁϩⲉ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϩⲉⲡⲡⲉⲑⲟⲟⲩ . Cod. clxxxix p. 122 ⲡⲃⲱⲱⲙⲙⲉ
ⲙⲛ ⲧⲙⲡⲧⲃⲱϩ *perversitas et stultitia*. Cod. cci p. 60 ⲛϩⲁⲡ ⲉⲧⲃⲟⲟⲙⲉ, et cod.
ccxlvi p. 56 ⲙⲡⲣⲧⲣⲡⲃⲉⲙⲉ ⲡϩⲁⲡ ⲙⲡϩⲙⲕⲉ .

80 ⲕⲁⲃⲟⲗ *vomitus*, a ⲕⲁ M. ϫⲁ et ⲃⲟⲗ. Habes et cod. cciv pag. 235, cc p. 326. Quod praecedit *canis* vocabulum ⲟⲩϩⲟⲣ scribi solet ⲟⲩϩⲟⲟⲣ, ut cod. clxix p. 208, clxxxiii p. 212. Cod. cxcii p. 267 ⲁϥⲛⲟⲩϩⲟⲣ *musca canina*. Cod. cxxxiii supra pag. 235 ϩⲟⲛⲟⲩϩⲟⲟⲣ *cynocephalus*.

81 ⲗⲱⲓⲥⲕ, cod. ccii p. 198 ⲗⲱⲕ *putrefieri*.

82 ⲕⲛⲟⲥ M. ϫⲟⲛⲥ. V. supra pag. 370 not. 49. Legitur ⲕⲛⲟⲥ cod. clxxxix p. 229, 250, conjunctum cum ⲣⲃⲛⲧ, quod hic est ⲣϥⲛⲧ M. ⲉⲣϥⲉⲛⲧ, et ⲗⲱⲙⲉⲥ alias ⲗⲱⲙⲥ M. ⲗⲱⲙ; ibid. p. 230 ⲡⲕⲛⲟⲥ *corruptela*. Nescio an ejusdem originis sit ⲕⲱⲛⲥ, de quo supra pag. 324 not. 284.

83 ⲑⲗⲗⲱ M. ϯⲑⲉⲗⲗⲱ.

84 ⲉⲙⲙⲉ et ⲉⲙⲙⲟⲥⲧⲉ, quae alias ⲉⲛⲙⲉ et ⲉⲛⲙⲟⲥⲧⲉ.

85 ⲧⲁⲡⲟⲗⲗⲉ quid proprie significet hactenus me latet. Potest ⲡⲟⲗⲗⲉ sive ⲧⲁⲡⲟⲗⲗⲉ esse nomen proprium coenobii sive congregationis cujusdam. Potest ⲧⲁ esse possessivum absolutum, potest esse possessivum primae personae. Infirma quidem conjectura, eo potissimum subrecta quod vox ista recurrat cod. clxxxvii p. 554, aeque ac hic opposita τῳ ⲑⲗⲗⲱ, transtuli *juvenculam*; ac si ⲁⲡⲟⲗⲗⲉ idem esset ac ⲁⲗⲟⲩ, fere ut ⲁⲡⲁⲥ idem est quod ⲁⲥ. Videtur nimirum vocabulo ϩⲗⲗⲱ intelligi vetustior congregatio a Psjòlio instituta, a Scjenutio post obitum ejus recta; vocabulo ⲁⲡⲟⲗⲗⲉ junior, instituta a Scjenutio et veteri illi suspecta. Ista quam recta, videant peritiores. Pro ⲁⲗⲟⲩ *puella* habes cod. cciv p. 247 ⲗⲉⲗⲟⲩ; et ibid. p. 206 ⲗⲓⲗⲟⲩϣⲏⲙ est *puer*.

86 Proprium est dictionis Scjenutianae ⲛⲧⲟϥ istud inserere emphatice, velut

ⲡⲟⲩⲁ . ⲙⲛ ⲙⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲥⲧⲉ ⲙⲙⲟϥ . ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ [ⲥⲙⲃ]
ⲁⲣⲡⲁⲥⲙⲡⲉ [87] ⲉⲧⲛⲁϩⲉⲣⲁⲧⲉ ⲛ ⲉⲧⲣⲉⲥⲁϩⲉⲣⲁⲧⲥ ⲡⲙⲙⲉ , ⲙⲡⲛⲥⲁ ⲧⲣⲉⲥϫⲟⲟⲥ
ⲙⲡⲉⲙⲧⲟⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙⲛ ⲡϩⲗⲗⲟ ⲙⲛ ⲡⲉⲛⲧⲁⲩⲉⲓ ⲡⲙⲙⲁϥ ⲙⲛ ⲡⲉⲥⲛⲏⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧϩⲁⲧⲛⲏⲩⲧⲏ , ⲉⲣⲉⲥⲟⲟⲩϩⲉϩⲟⲩⲛ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲛ . ⲧⲉⲧⲛⲁϩⲉⲓⲛⲩ ⲧⲱⲙⲉ
ⲉⲣⲉϫⲱⲙⲙⲟⲥ , ϫⲉ ⲙⲡⲓⲉⲱⲧⲱⲃⲉ ⲙⲡⲁϩⲛⲧ ⲉⲡⲱⲥ . ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ
ⲙⲡⲉ ⲡⲟⲩϩⲛⲧ ⲧⲱⲃⲉ ⲉⲡⲉⲥϩⲛⲧ ⲡⲁⲛⲧⲱⲥ, ⲙⲡⲉ ⲡⲉⲥⲱⲁϫⲉ ⲣⲱⲁⲩ ⲛⲉ , ⲛ ⲙⲡⲉ
ⲡⲓ ⲣⲱⲁⲩ ⲛⲁⲥ ⲛⲧⲟ . ⲛⲧⲉⲓϩⲉ ⲟⲛ ⲉⲣⲉ ⲡⲟⲩⲱⲁϫⲉ ⲛⲁⲣⲱⲁⲩ ⲛⲁⲛ , ⲛⲁⲱⲛϩⲉ
ⲙⲡⲉⲛⲱⲁϫⲉ ⲣⲱⲁⲩ ⲛⲉ ⲁⲛ . ⲙⲛ ⲡⲟⲩⲙⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲡⲱⲁϫⲉ ⲉⲛⲧⲁⲛϩⲗⲗⲟ ϫⲟⲟϥ
ⲉϥϭⲟⲛⲧ , ϫⲉ ⲁⲣⲉⲣ ⲛⲓⲟⲩⲟⲉⲓⲱ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲣⲉϥⲓ ϩⲁ ⲡⲱⲟϫⲡⲉ ⲙⲡⲁⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ .
ⲉⲡϩⲉⲧⲁϩⲉ ⲙⲙⲟ ⲛϩⲁϩⲛⲥⲟⲛ , ϫⲉ ⲧⲁⲙⲟⲛ ϫⲉ ⲉⲣⲉⲙⲟⲕϩ ⲛⲟⲩ ⲙⲙⲁⲥ, ⲁⲩⲱ
ⲙⲡⲉϫⲟⲟⲥ . ⲙⲡⲉⲉⲱϥⲓ ϫⲉ ϩⲱⲙⲓϥ ϩⲁ ⲡⲱⲁϫⲉ ⲉⲛⲧⲁⲩϫⲟⲟϥ ⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲉ.
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ϫⲉ ϫⲱⲙⲛⲧ [88] ⲛⲕⲉⲥⲟⲛ [ⲥⲛ] ⲙⲛ ⲧⲟⲩϣⲉⲉⲣⲉ, ⲉⲥⲱⲁⲛⲧⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉ
ⲛⲥⲱ ⲧⲏⲛⲟⲟⲩ ⲛⲁⲛ . ⲉⲁⲣⲉⲣⲁⲧⲥⲱⲧⲉ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲉⲣⲟⲥ . ⲙⲡⲉⲉⲱϥⲓ ⲉⲣⲟ ϣⲁ ⲡ//
ⲙⲉϩϣⲟⲙⲛⲧ ⲛ ⲡⲙⲉϩϥⲧⲟⲟⲩ ⲛϩⲟⲟⲩ , ⲙⲡⲁⲧⲉⲧⲛⲛⲟⲟⲩ ⲛⲁⲛ ⲛⲛⲟⲩϣⲁϫⲉ ⲛⲙ//
ⲕⲁϩⲛϩⲛⲧ , ⲛ ⲛⲉⲧⲛϣⲁϫⲉ ϩⲓⲟⲩⲥⲟⲛ . ⲛ ⲧⲉⲛⲁϣⲓϥⲓ ⲛⲧⲟ ϩⲁ ⲡϩⲁⲛ ⲙⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ, ⲉⲣⲉϣⲱⲣⲉ ⲛⲧⲟⲩϣⲱⲙⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲛ ⲛⲧⲉⲓϩⲉ ⲡⲟⲩⲥⲟⲛ ⲡⲟⲩⲱⲧ . ϫⲉ ⲁⲛ//
ⲡⲟⲙⲣⲟⲥ ⲧⲁⲕⲟ ⲙⲡⲉⲧⲛϩⲛⲧ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲛⲉⲧⲛⲉⲣⲛⲩ . ⲛ ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁϫⲛⲟⲩ ⲁⲛ
ⲛⲙⲙⲁⲥ , ϫⲉ ⲛⲧⲁⲥϫⲓⲧⲉⲛϭⲟⲛⲥ ϩⲛ ⲟⲩ . — [ⲥⲛⲁ] ⲕⲱⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲟⲩⲥⲱⲙⲉ ,
ⲛⲧⲉⲧⲛⲥⲓϩⲁ ⲛⲉⲧⲛⲉⲣⲛⲩ ϩⲛ ϭⲟⲧⲉ [ⲥⲛⲃ] ⲙⲡϫⲟⲉⲓⲥ, ⲛⲧⲉⲧⲛϫⲉⲕ ⲡⲉⲧⲛϩⲱⲃ
ⲉⲃⲟⲗ, ϫⲉ ⲡⲛⲉⲧⲣϯⲧⲛⲧⲛ ϩⲛ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲙⲡⲧⲛⲁⲱⲧ ⲛⲓⲙ ⲛⲁⲛⲁϫⲱ//
ⲣⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲛ . ⲉⲣⲉϣⲁⲛϫⲟⲟⲥ, ϫⲉ ⲉⲓⲙⲏⲣ ⲡⲙⲙⲁⲥ ϩⲛ ⲟⲩ , ⲛ ϫⲉ ⲙⲡⲧⲁⲓ
ⲙⲟⲥⲧⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲥ, ϥⲥⲛϩ ϫⲉ ϣⲁⲣⲉ ⲡⲙⲟⲥⲧⲉ ⲧⲟⲩⲛⲉⲥ ⲟⲩϯⲧⲱⲛ , ⲧⲁ//
ⲉⲁⲛⲛ ϩⲱⲙⲓϥ ϣⲁⲥϥⲓϩ ϩⲱⲃ ⲛⲓⲙ . ⲉϣⲱⲉ ⲙⲡⲉϣⲛϩⲧⲛ ϩⲁⲣⲟⲛ , ⲁⲛⲟⲛ ⲛⲓ//
ⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧⲙⲡϣⲁ ⲛⲙⲁϩϩⲛⲧ ⲛⲓⲙ , ⲉⲛⲧⲁⲛⲟⲟⲩ ⲛⲉ ⲛⲛⲉⲓⲥⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲓⲥ ϩⲟⲩⲟ
ⲉⲃⲟⲗ ⲥⲛⲁⲩ , ⲉⲛⲟⲙⲓϣ ⲉⲧⲣⲉⲧⲛⲣ ⲟⲩϩⲛⲧ ⲡⲟⲩⲱⲧ, ⲛⲧⲉⲧⲛϫⲉⲕ ⲡⲉⲧⲛϩⲱⲃ
ⲉⲃⲟⲗ . ⲛ ⲛⲁϣⲛϩⲉ ⲛⲧⲟ ⲧⲉⲛⲁⲥⲟⲟⲩⲧⲛ ⲉⲣⲉⲙⲓϣⲉ ⲙⲛ ⲧⲁⲓⲧⲁⲡⲓ ⲁⲩⲱ ϯⲣⲙⲛ
ⲙⲛ ⲃⲛⲟⲧⲁⲓⲧⲏ, ⲉⲧⲙⲕⲁⲁⲩ ⲉⲉⲓⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲟⲩϩⲛⲧ . — [ⲥⲛⲁ] ⲧⲙⲥⲟⲡⲥ ϫⲉ
ϩⲱⲙⲓϥ ⲙⲙⲟ ⲉⲧⲣⲉⲕⲱⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲟⲩⲥⲱⲙⲉ , ⲙⲡⲉ ⲣϩⲛⲉ ϫⲉ ⲁϫⲱⲙ ⲛϩⲉⲛⲱⲁϫⲉ
ⲛⲥⲱ . ⲁⲛⲟⲕ ⲙⲉⲛ ϯⲥⲙⲃⲟⲩⲗⲉⲩⲉ ⲛⲉ ⲉⲧⲣⲉϯ ⲡⲟⲩϩⲛⲧ ⲛⲁⲛ, ⲛⲧⲉⲥⲣⲙⲗⲁϩϩⲉ//
ⲃⲟⲗ [89] ϩⲱⲥ ⲙⲁⲧⲟⲓ ⲉⲡⲁⲛⲟⲩϥ ⲛⲧⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓⲥ̅ . — ⲉⲱϫⲉ ⲉϩⲛⲉ ⲁⲛ ⲉϣⲱⲧⲡ
ⲉⲧⲟⲩⲥⲱⲙⲉ ϩⲱⲥ ϣⲁⲣⲣϩⲱⲃ ⲙⲡⲉⲓϩⲱⲃ ⲡⲟⲩⲱⲧ , ⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲉϣⲧⲛⲧⲛ
ⲉⲣⲟϥ, ⲁⲩⲱ ⲉⲱϫⲉ ⲁⲣⲧⲟⲩⲉ ⲛⲁⲙⲉ ⲉϣⲱⲧⲡ ⲉⲡⲙⲉⲉⲉ [ⲥⲛⲉ] ⲉⲃⲟⲟⲩ ⲛϩⲟⲩⲟ
ⲉϣⲱⲧⲡ ⲉⲧⲟⲩⲥⲱⲙⲉ , ⲁⲩⲱ ⲉⲱϫⲉ ⲧⲉⲛⲁϣⲃⲱⲗⲟⲙ ⲁⲛ ⲉⲣ ⲟⲩϩⲛⲧ ⲡⲟⲩⲱⲧ

dixeris *quod rei est*. Perfrequens etiam est usus voculae ⲛ, quam modo *et* reddidi modo *sive*. Amat quoque ⲉⲓⲉ *utique*.

87 De ⲡⲥⲱⲙⲡⲉ quod hic transtuli *tergiversari*, vide supra pag. 301 not. 124. Cod. CLXXXIX p. 155 ⲡⲟⲟⲡⲉ et ⲡⲉⲉⲡⲉ *convertere*.

88 ϫⲱⲙⲛⲧ M. ϭⲱⲙⲛⲧ hoc loco *experiri, periculum facere*. Infra p. 255 ϫⲙⲛⲧ. Cod. CLXXXIIX p. 206 legitur ⲙⲙⲁ ⲛϫⲱⲙⲛⲧ ⲛⲛⲉⲧⲛⲙⲁⲥⲉ.

89 ⲥⲣⲙⲗⲁϩⲉⲃⲟⲗ *bellum indicere*, a ⲙⲗⲁϩ M. ⲙⲗⲁϭ et ⲥⲱⲣⲉⲃⲟⲗ *dispergere, divulgare*. Occurrit passim significatu militandi, pugnandi, ut cod. CC p. 420.

ⲙⲙⲁⲥ , ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ⲉⲧⲃⲏⲧⲏ [90] ⲁⲛ , ϫⲉ ⲙⲡⲉϫⲟⲟⲥ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲁⲩⲧⲏ ⲡⲉⲧϯϩⲏⲧⲟⲣ ⲉⲣⲟⲓ , ⲉⲓⲉ ⲛ̀ⲧⲟ ⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲥ , ⲥⲁϩⲱⲧⲡⲉⲃⲟⲗ ⲏ ⲁⲛϩⲭⲱⲣⲉⲓ
ⲛⲏⲧⲏ . ⲛⲑⲉ ⲅⲁⲣ ⲉⲧⲉⲧⲛⲁⲣϣⲁⲩ ⲁⲛ ⲛⲛⲉⲧⲛⲉⲣⲏⲩ , ϫⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛϣⲱⲡⲉ ⲛϫⲣⲟⲡ
ⲛⲏⲧⲏ ⲟⲩⲁⲁⲧⲧⲏⲩⲧⲏ , ⲙⲡⲟⲩⲟⲛ ⲛϩⲏⲧⲧⲏⲩⲧⲏ ⲛⲁⲣϣⲁⲩ ⲙ̀ⲡ ϩⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲉⲡⲉⲓ//
ϩⲱⲃ . ⲙⲡⲟⲩⲧⲉ ⲛⲉⲕⲁⲁⲡ ⲁⲛ ϩⲛ ⲧⲉⲓⲑⲗⲓⲯⲓⲥ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲛⲙⲙⲁϩⲏⲛⲏⲩ . ⲧⲏ//
ⲛⲁϫⲏⲩ ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲟⲛ , ⲁⲗⲗⲁ ϣⲱⲧⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲧⲟϥ , ⲙⲡⲣⲧⲣⲁϫⲱⲧⲙ ϫⲉ ⲁⲧⲉⲧⲛⲣ
ϩⲁϩ ⲛϣⲁϫⲉ ⲙⲙ ⲡϩⲗⲗⲟ . ϩⲉ ϩⲉ [91] , ⲙⲙⲟⲛ ⲙⲙⲟⲛ . ⲉⲙⲡⲁⲧϥⲉⲓ ϣⲁⲣⲟⲛ
ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲁϩⲏⲩ ⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲛϩⲏⲩ ⲙⲁϩϩ ⲉⲣⲱⲧⲏ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲉⲡⲁⲓ . ϩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ .

[ⲥⲛⲁ]

ⲛϣⲁϫⲉ ⲙⲡⲉⲧⲙⲟⲕϩⲏϩⲏⲩ ⲛ̀ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲟⲩϣⲁϩⲏϩⲏⲩ .

ⲉⲓⲉ ⲛ̀ϯⲛⲏ ⲁⲛ, ⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲏ ⲁⲛ ⲛ̀ⲧⲟ ⲧⲟⲩⲛⲁⲉⲣⲱⲧⲏⲥ, ⲉⲣϩⲟⲧⲉ ϩⲛⲧϥ ⲙ̀ⲡϣⲁϫⲉ ⲙ̀//
ⲡⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ, ϫⲉ ⲟⲩⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲣⲉϥⲕⲱϩ ⲡⲉ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ, ⲉϥϫⲓⲕⲁ ϩⲛ ⲟⲩϭⲱⲙⲧ ⲙ̀ⲡⲉⲧ//
ϯⲟⲩⲃⲏϥ , ⲁⲩⲱ ⲉϥⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲙⲡⲉϥϫⲁϫⲉ . ⲙ ⲟⲩⲛ ϭⲉ ϫⲁϫⲉ ⲡⲣⲉϥϯⲟⲩⲃⲉ ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ ⲛϩⲟⲩⲟ ⲉⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ ⲛϩⲉⲛⲕⲣⲟϥ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲉ . —[ⲥⲛⲏ] ⲡⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲛ̀ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲉ//
ⲣⲉ ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲉ ϫⲱⲙⲙⲟⲥ ⲉⲧⲃⲏⲧⲟⲩ , ⲥⲉϣⲟⲟⲡ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲉ , ⲧⲉⲛⲁⲩ
ⲉⲣⲟⲟⲩ , ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲙⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙⲙⲟⲟⲩ . ⲥⲉϩⲛⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟ, ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲙⲉ
ⲥⲉⲟⲩⲛⲩ ⲟⲛ ⲙⲙⲟ . ⲥⲉⲛϩⲣⲁⲓϩⲛ ⲧⲟⲩⲛⲏⲧⲉ , ⲧⲉⲃⲱⲕⲩ ⲉⲣⲟⲩⲛ ⲉⲣⲁⲩ , ⲥⲉ//
ⲃⲱⲕⲩ ⲉⲣⲟⲩⲛ ⲉⲣⲉ, ⲧⲉⲃⲱⲕⲩ ⲉⲣⲁⲓ ⲉⲣⲟⲟⲩ, ⲥⲉⲃⲱⲕⲩ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉϫⲱ. ⲁⲩⲱ
ⲛⲁⲙⲉ , ⲙⲉϣⲉ [92] ϫⲉ ⲛⲓⲙ ⲛⲉ ⲛ̀ ⲟⲩ ⲛⲉ , ϫⲉ ⲉⲣⲉⲥⲟⲩⲱⲛⲟⲩ . — ⲟⲩⲁⲑⲏⲧ ⲁⲛ
ⲛϩⲟⲩⲟ ⲡⲉ ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲉ , ϫⲉ ⲉϥⲉⲡⲁⲩ ⲉⲧϩⲱⲃ ⲉϥϩⲏⲡ , ⲛϥϫⲟⲟϥ ⲛ̀ ⲟⲩ
ϩⲱⲙⲥϥ ⲡⲉ . — [ⲥⲛⲃ] ⲛⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁⲧⲉⲓⲁⲑⲏⲧ ⲛⲥϩⲓⲙⲉ , ⲉⲛⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲁϩ ⲛ̀//
ϣⲙⲙⲟ ⲉⲣⲏⲧⲏ , ϫⲟⲟϩ ϩⲱⲙⲥ ⲟⲛ , ϫⲉ ⲁⲩⲟⲩ ⲛⲉⲧⲟⲩⲱⲙϩⲉⲃⲟⲗ ⲛⲛⲟⲑⲉ ⲛϩⲉⲛ//
ⲣⲉϥϫⲓⲟⲩⲉ . ⲛⲑⲉ ⲟⲛ ⲉⲛⲧⲁϩⲉϩ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲏ ϫⲱ ⲛϩⲉⲛⲙⲡⲧⲡⲉⲧϣⲟⲩⲉⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉⲓ//
ϩⲉ ϫⲓⲛ ⲛϣⲟⲣⲡ . ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓⲛⲁϣⲱⲡ ⲛⲛⲉⲧϫⲱ ⲛⲛⲁⲓ ϩⲱⲥ ⲁⲑⲏⲧ ⲛⲛⲁϩⲣⲏ ⲧⲙⲉ .
ϫⲉ ⲛⲑⲉ [93] ⲛⲁϣ ⲛϩⲟⲟⲩ ⲁⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉϩⲉⲛϩⲏⲛⲉ ⲉⲧϩⲏⲡ , ⲛ̀ⲧⲁⲓϫⲟⲟϩ [ⲥϩ] ⲉⲛⲓⲙ.
ⲉⲛⲉϩ ϩⲛ ⲟⲩⲙⲛⲧⲁⲥⲑⲉⲙ , ϫⲉ ϯϫⲟⲟⲩⲛ ⲉϩⲉⲛϩⲏⲛⲉ ⲉⲧϩⲏⲡ . ⲙ ⲡⲣⲱⲙⲉ ⲉⲧ//
ⲁⲓⲁⲕⲣⲓⲛⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲙⲡⲛⲟϭ ⲛϩⲁⲡ . ⲛ ⲟⲩⲛⲟⲓϩⲉ ⲁⲛ ⲧⲉ ϫⲉ
ⲁⲣⲥⲟⲩⲛ ϩⲉⲛⲣⲁⲛ ⲛⲁⲣⲣⲉ ⲉⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ , ϫⲉ ϩⲛⲧϣⲏⲙ
ⲛ̀ ⲣⲉϥϭⲱⲙⲧ ϩⲓ ⲣⲉϥⲙⲉϣⲉ . ⲙⲡⲉⲥⲟⲩⲛ ⲛⲉϥⲛⲟϭ ⲛⲣⲁⲛ ⲉⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲙⲙⲟⲟⲩ
ϫⲱ ⲛⲉ . ϯⲛⲁⲧⲁⲙⲟ ⲉⲣⲟⲟⲩ . ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲉⲙⲕⲁϩⲏϩⲏⲩ ϩⲓ ⲗⲩⲡⲏ ϩⲓ

90 Passim in hoc codice ⲉⲧⲃⲏⲧ pro usitatiori ⲉⲧⲃⲏⲛⲧ.

91 ϩⲉ, supra pag. 368 not. 30 ⲉϩⲉ, cod. cxciv p. 59 ⲁϩⲉ, M. ⲁϩⲁ. Confer pag. 351 not. 446.

92 ⲙⲉϣⲉ *quaerere*, *inquirere*, *perquirere*, *examinare*. Redit infra p. 251. Cod. clxxxiix p. 240, 243 ⲙⲉϣⲧ; cod. M. xlvi, lvii, lxix ⲙⲉϣⲧ et ⲙⲟⲩϣⲧ. V. supra pag. 82. Origo ⲙⲟⲟϣⲉ M. ⲙⲟϣⲓ, ⲙⲟⲩϣⲧ *ambulare*, *peragrare*, *perlustrare*; Habes hic ⲙⲉϣⲉⲛⲓⲙ, de quo supra pag. 296 not. 83, scilicet *quaere quis* sive *quaere nomen*.

93 ⲛⲑⲉ hic stare videtur pro ⲛⲑⲏ sive ϩⲁⲑⲏ, et sic cod. cxciix p. 79, quem locum infra sistimus. Saltem utrobique solita hujus vocis significatio sensum reddit parum commodum.

ϣⲁϩⲟⲩ ϩⲓ ⲛⲟⲃⲓⲉϭ ϩⲓ ⲟⲩⲱⲗⲥⲓϩⲏⲧ . ⲛⲁⲓⲛ ⲉⲓⲙⲉ ⲉⲛⲁⲓ ⲛ̀ ⲛⲟⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ,
ⲡⲉⲧϩⲟⲗϭ [94] ⲛ̀ ⲡⲉⲧⲛⲁϩⲗⲟϭ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ ⲉⲡⲉϩⲓⲱ ⲥⲉⲛⲁϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲣⲟϥ ⲉϥⲥⲟⲟⲩϩ ⲉⲩ//
ⲙⲁ ⲛⲟⲩⲱⲧ , ϣⲁⲛⲧⲟⲩⲧⲁϩϥ ⲕⲟⲩⲓⲕⲟⲩⲓ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ , ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲙ//
ⲙⲁⲩ ϩⲱⲟⲩ ⲟⲛ ⲛⲟⲩϥ ⲉϩⲉⲛϩⲙⲁⲁⲩ ⲉⲙⲙⲡⲱⲁ ⲙ̀ⲙⲟϥ . ⲁⲩⲱ ⲡⲥⲱⲓϣⲉ ⲛ̀ ⲡⲉⲧ//
ⲛⲁⲥⲱⲓϣⲉ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ ⲉⲥⲱⲓϣⲉ ⲛⲓⲙ ⲥⲛⲁϣⲱⲙⲡⲉ ⲛⲥⲁⲟⲩⲥⲁ ⲙ̀ⲡⲉϩⲱⲓ , [ⲥϩⲁ] ⲛ̀ ⲉϥⲙⲏϩ [95]
ⲉϧⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲉϩⲗⲟϭ , ϣⲁⲛⲧⲟⲩⲟⲩⲛⲉϥ [96] ⲕⲟⲩⲓⲕⲟⲩⲓ ⲛⲓϧⲓ ⲛⲉⲧϥⲓ ⲛ̀ ⲡⲉⲧⲛⲁⲱⲓ [97] ⲛ̀//
ϩⲏⲧϥ , ⲉⲩϯ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉⲧⲟⲟⲧⲟⲩ ⲛ̀ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ , ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ϩⲱⲟⲩ
ⲛⲟⲩϣⲉϧⲟⲗ ⲉⲡⲟⲩⲉ . ⲙⲟⲛⲟⲛ ⲡⲉϫⲉ ⲡⲉⲧⲉⲙⲉϣⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲛⲓⲙ ⲡⲉ , ϫⲉ ϯⲛⲁϫⲱⲓ
ⲛ̀ ϫⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲛⲟⲩϣⲁϫⲉ ⲉⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲕⲉϣⲁϫⲉ , ⲁⲩⲱ ⲕⲉϩⲱⲃ ⲉⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲕⲉϩⲱⲃ ,
ⲛ̀ ϩⲉⲛⲕⲉϩⲏⲛⲉ ⲉⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲕⲉϩⲏⲛⲉ . ϯⲛⲁϯ ⲛ̀ ϯ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲉ ⲉⲡⲙⲁ
ⲛⲛⲟⲩⲉⲣⲏⲧⲉ . ϯⲛⲁϯ ⲛ̀ ϯ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲙ̀ⲡⲃⲁⲗ ⲛ̀ ⲛϧⲁⲗ ⲉⲡⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲙⲁⲁϫⲉ
ⲛ̀ ⲙⲙⲁϫⲉ . ϯⲛⲁϯ ⲛ̀ ϯ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲙ̀ⲡⲱⲁ ⲛ̀ ⲛϭⲃⲱⲁ [98] ⲉⲡⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲃⲓϫ
ⲛ̀ ⲛϭⲓϫ . ⲟⲩⲱⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲕⲱⲓⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩ ⲛ̀ⲧⲉϭⲉⲙⲱⲧ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲉⲡⲛⲟⲩⲛ , ⲧⲥⲱⲛⲁϩⲧⲱ//
ⲛⲏ . ϥⲓ ⲛⲟⲩϭⲁⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁϩ ϫⲉ ⲧⲡⲛⲁϣⲃⲱⲃⲱ , ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲟ ,
ⲉⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲟⲩ ⲡⲉ ⲡⲟⲩϣⲱⲥ ⲙ̀ⲡ ⲡⲉϣⲓⲁⲉⲓ ⲙ̀ⲡ ⲡϫⲓⲥⲉ ⲙ̀ⲡ ⲡϣⲓⲕⲉ . ϯⲛⲁϩϩⲉ//
ⲣⲁⲧ ⲛ̀ ϯⲛⲁϩⲙⲟⲟⲥ ⲉϩⲣⲁⲓϩⲙ . [ⲥϩⲃ] ⲡⲙⲁ , ⲉⲛⲧⲁⲡⲉⲧⲉⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ϫⲉ ⲛⲓⲙ
ⲡⲉ , ⲕⲓⲙ ⲛ̀ⲧⲉϥⲁⲛⲉ ⲉϫⲱ ⲙⲙⲁⲩ ϩⲛ ⲟⲩϭⲱⲛⲧ ⲙ̀ⲡ ⲟⲩⲟⲣⲓⲛ , ϩⲁⲑⲏ ⲛⲓⲙϩⲟⲟⲩ ⲛ̀
ⲛⲓⲣⲟⲙⲡⲉ ⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲩⲉⲙⲉ . ⲟⲩⲛ ⲟⲩϩⲁⲛ ⲛⲁⲱⲙⲡⲉ ϩⲓϫⲙ ⲡⲉⲑⲩⲥⲓⲁⲥⲧⲏⲣⲓⲟⲛ ⲛ̀ ⲡⲙⲁ
ⲉⲛⲧⲁⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲥϩⲟⲩⲣ ϩⲁϩ ϩⲣⲁⲓⲙⲏⲛⲧϥ ϫⲉⲛ ⲛⲓⲙⲟⲣⲡ ϣⲁϩⲣⲁⲓ ⲉⲧⲉⲛⲟⲩ , ⲉⲧⲃⲉ
ⲡⲉⲛϩⲏⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲟⲛⲏⲣⲟⲛ ⲉⲛⲧⲁⲛⲁⲁⲩ , ⲉⲓⲧⲉ ϩⲟⲟⲩⲧ ⲉⲓⲧⲉ ⲥϩⲓⲙⲉ . ⲙ̀ⲛ ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ
ϩⲛ ⲛⲙⲁϩⲣⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲉ , ϫⲉ ϯⲛⲁⲣ ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲡⲉⲧⲛⲁϯϩⲁⲡ ⲉⲣⲟⲓ ⲁⲩⲱ
ⲉⲣⲟ ϩⲱⲱⲧⲉ . ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲩⲱ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲓⲥ̅ ⲡⲉϫ̅ⲥ̅ ⲛⲁⲓⲁⲑⲟⲥ , ⲁⲣⲓ ⲡϩⲁⲡ ⲙ̀ⲡⲁ//
ϩⲏⲧ ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲕⲣⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲯⲩⲭⲏ ⲙ̀ⲡⲁⲓ ⲙ̀ ⲛⲓⲕⲟⲟⲩⲉ , ⲉⲧⲁⲩϣⲁϩⲟⲩ . ⲉϫⲛ ⲛⲁⲛⲟ//
ⲙⲁ ⲉⲛⲧⲁⲩϣⲱⲙⲡⲉ ⲛ̀ ⲉⲧϣⲱⲙⲡⲉ ⲟⲛ ⲧⲉⲛⲟⲩ ϩⲣⲁⲓϩⲙ ⲛⲉⲕⲥⲩⲛⲁⲅⲱⲅⲏ . ⲡⲉⲧϣⲡ//
ⲧⲱⲣⲉ ⲛⲟⲩϩⲙϩⲁⲗ ⲛⲁⲏⲧ ⲉϥⲥⲱϣ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ , ⲛⲑⲉ ⲉⲧⲥⲛϩ . ⲡⲉⲧⲱⲣⲕ ϩⲱ//
ⲙϥ ⲛⲟⲩⲁⲛⲁϣ ⲉϫⲛ ϩⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ [ⲥϩⲓ̅] ⲛⲁⲧϩⲏⲧ , ⲉϥⲟⲩⲉϣ [98*] ⲛⲟⲩ//
ϫⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉϥⲯⲩⲭⲏ ⲉⲛⲥⲱϣ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁϥⲣⲁⲛⲧⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ . ⲁⲛⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ ⲛⲉⲓ//
ⲣⲱⲙⲉ ⲣⲛⲟⲃⲉ , ⲁⲩⲧⲣⲁⲣⲛⲟⲃⲉ ϩⲱ . ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙ̀ⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁⲓⲁⲁϥ

94 ⲡⲉⲧϩⲟⲗϭ hoc loco *mel* vertendum ratus sum, quamquam alias quamcunque *dulcedinem* significat. Sic ⲥⲓϣⲉ *fel* est et *quodvis amarum*.

95 ⲛⲏϩ passivum a ⲡⲉϩ *quatere*. ⲛⲏϩⲉⲃⲟⲗ *excussus, ejectus*.

96 ϣⲱⲛ sensu intransitivo, *cessare, extingui, absumi, deficere* occurrit passim, hic transitive *delere, auferre*, uti et alias saepe. V. supra pag. 330 not. 326. Cod. CCIV p. 252 ⲁⲧϣⲱⲛ *incorruptibilis*.

97 ⲡⲁⲱⲓ si recte video est M. ⲫⲁⲱϩ *vertere, versare, circumagere*. ⲁϥⲡⲟⲛⲏϥ ⲉϩⲣⲁⲓ quod legitur apud Mingarellium pag. 222 reddendum reor *convertit se intus, recessit in domum*. Significat etiam *antlare* cod. CCI p. 51, ⲉⲣϣⲁⲛ ϩⲉⲛⲛⲉⲉϥ ⲡⲣⲟⲥⲉϫⲉ ⲉϫⲱⲗϩ ⲛ̀ ⲉⲡⲱⲁⲓⲧⲉⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲉⲧϥⲙⲱⲃ ⲉⲡϫⲟⲉⲓ ϩⲓⲧⲛ ⲛ̀ϩⲟⲉⲓⲙ . ⲛ̀ ⲉⲧϩⲱⲙⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟϥ , ϣⲁⲣⲉ ⲡⲁⲩⲉⲓⲛ ⲟⲩϫⲁⲓ ⲉⲧϩⲓⲙⲱϥ . Ubi notanda quoque ϫⲱⲗϩ et ϩⲱⲙⲉ. Ibid. p. 52 ⲡⲟⲩⲟⲛⲧ ⲙ̀ⲡⲱⲁⲓⲧ *antlia*, ⲡⲣⲉϥϩⲙⲙⲉ ⲛⲟⲩϫⲟⲉⲓ ⲡⲁⲣⲁ//ⲧⲱⲣⲉⲓ ⲉⲡⲉϥⲟⲩⲟⲛⲧ ⲙ̀ⲡⲱⲁⲓⲧ , ubi ⲟⲩⲟⲛⲧ est M. ⲟⲩⲉⲛⲧ *sentina*, de quo supra pag. 21 not. 3.

98 ϭⲃⲱⲁ V. supra pag. 310 not. 190. 98* Malim ⲉϥⲟⲩⲉϣⲡ.

ⲙⲡⲉⲕⲙⲧⲟⲉⲃⲟⲗ . ⲁⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲛ ⲛⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲙⲟⲩ ; ⲁⲩⲙⲟⲟⲩⲧ ⲛ ⲁⲩⲙⲟⲟⲩⲧⲛ .
ⲁⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲛ ⲛⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ⲁⲩⲩ ⲛϫⲁϫⲉ ⲉⲣⲟⲕ ⲛ ⲉⲡⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ ϧⲙ ⲡⲉⲕⲙⲁ ⲛ
ⲡⲉⲕⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁϩ , ⲁⲩⲁⲩⲧ ⲛϫⲁϫⲉ ⲉⲣⲟⲕ , ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ⲛ ⲡⲉⲧⲁϩⲉⲣⲁⲧϥ
ⲉⲧⲡⲱⲣϫ ⲙⲡⲕⲁⲕⲉ ⲛ ⲛⲕⲁⲕⲉ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ⲟ ⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ . ⲉⲓⲛⲁϣⲉⲓ ⲛⲙⲁ//
ϩⲁⲗ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲣⲟⲕ ⲛⲁϣⲛϩⲉ ϧⲙ ⲡⲁϣⲗⲏⲗ ⲕⲟⲩⲓ ⲙⲙⲏⲧϩⲛⲕⲉ . ⲡⲛⲟⲩ//
ⲧⲉ , ⲁⲡⲁⲣⲁϩⲁ ⲙⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁⲓⲁⲁϥ . ϯⲛⲁϫⲟⲟⲥ ⲉⲓⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙⲡⲁⲛⲟⲃⲉ , ϫⲉ
ⲁⲡⲉⲕϭⲱⲛⲧ ⲧⲁϫⲣⲟ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲓ , ⲁⲡⲉⲕⲟⲣⲓⲛ ⲟⲛ ⲕⲱⲧⲉ ⲉⲣⲟⲓ , ⲁⲡⲉⲕϩⲟⲧⲉ
ϣⲧⲣⲧⲱⲣⲧ , ⲛⲑⲉ ⲉⲧⲥⲛϩ . ⲁⲛⲕⲟⲧⲕ ϧⲙ ⲡⲁϣⲓⲛⲉ , ⲁⲩⲱ ⲛⲁⲥⲱⲛϥ ⲁϥϣⲱⲃⲥⲉⲃⲟⲗ
ⲉϫⲱⲓ . ϫⲉ ⲟⲩⲙⲟⲛⲟⲓ [ⲥϭⲁ] ϫⲉ ⲁⲓⲣⲛⲟⲃⲉ ϧⲛ ϧⲱⲃ ⲛⲓⲙ , ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓⲡⲁⲣⲁϩⲁ
ⲛⲕⲉⲁⲛⲁϣ ⲉⲁⲓⲁⲁϥ ⲙⲡⲉⲕⲙⲧⲟⲉⲃⲟⲗ , ϧⲛ ⲧⲁⲫⲟⲣⲙⲏ ⲛϩⲉⲛⲣⲱⲙⲉ ⲙⲡⲟⲩⲥⲓ ⲛⲣⲛⲟ//
ⲃⲉ ⲉⲧⲉⲩⲯⲩⲭⲏ ϫⲓⲛ ⲧⲉⲩⲁⲣⲭⲏ ϣⲁϩⲟⲩⲛ ⲉⲧⲉⲛⲟⲩ . ⲙⲡⲉ ⲁⲛⲁϣ , ⲙⲡⲉ ϩⲟⲧⲉ ,
ⲙⲡⲉ ⲣⲙⲉⲓⲛ , ⲙⲡⲉ ϫⲓⲛⲟ , ⲙⲡⲉ ϭⲱⲛⲧ , ⲙⲡⲉ ⲥⲁϩⲟⲩ , ⲙⲡⲉ ϣⲁϫⲉ , ⲙⲡⲉ ϩⲱⲃ
ⲛⲓⲙ ⲛⲧⲁⲡⲁⲓ ⲁⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲟⲟⲧⲕ , ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲛⲧⲉⲓⲙⲙⲉ ⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲧⲙⲣⲛⲟⲃⲉ ⲉⲧⲉⲩⲯⲩⲭⲏ . ⲙⲡⲣⲉⲙⲙⲉ ϭⲉ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲓ , ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ⲙⲡⲉⲕⲣⲓⲙⲁ
ⲙⲡⲁⲛⲁϣ , ⲛⲑⲉ ⲙⲡⲉⲥⲛⲟϥ ⲛⲟⲩⲣⲱⲙⲉ ⲉⲁⲩⲡⲁϩⲧϥⲉⲃⲟⲗ ⲛ ⲉⲁⲩⲙⲟⲟⲩⲧϥ . ϯ//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲁⲡⲓⲁⲛⲁϣ ⲟⲩⲱ ⲉϥϣⲱⲡⲉ ϫⲓϫⲱⲓ ⲉⲓⲥ ϩⲉⲛⲕⲉⲉⲃⲟⲧ ⲛⲑⲉ ⲛⲛⲁⲕⲉⲡⲉⲑⲟⲟⲩ
ⲧⲏⲣⲟⲩ . ⲁⲓⲛⲟⲩϩ ⲛϣⲱⲡⲉ ϩⲓ ⲛⲟⲃⲓⲉⲃ , ⲛⲛⲟⲩⲧⲉ , ϯϩⲧⲏⲕ ⲉⲧⲁⲫⲩⲭⲏ ⲛⲓ//
ⲥⲟⲧⲥ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲡⲥⲁϩⲟⲩ ⲙⲡⲓⲁⲛⲁϣ ⲙⲛ ⲛⲁⲛⲁⲕⲉⲡⲉⲑⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ , ϫⲉ ⲁⲡⲓⲣⲱⲙⲉ
ⲛ ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ ⲁⲁⲩ ⲛϩⲁ [99] . ⲙⲡⲣⲕⲱⲧⲉ ⲙⲡⲉⲕϩⲟ ⲛⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲓ , [ⲥϭⲉ]
ⲙⲡⲣⲣⲁⲕⲧⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛⲧⲁⲙⲙⲧⲉϩⲓⲛⲓ ϧⲛ ⲟⲩⲟⲣⲓⲛ . ⲉⲓⲁⲁⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲡⲥⲁϩⲟⲩ
ⲙⲡⲓⲁⲛⲁϣ , ⲁⲩⲱ ⲛⲓⲙⲙⲁϩⲟⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲓ ⲡⲉϥϩⲁⲡ , ⲓⲥ̄ ⲡⲁⲉⲥⲓⲧⲏⲥ ⲛⲧⲁⲥⲱⲛⲓϫⲏ//
ⲥⲓⲥ . ϫⲉ ⲛⲧⲁⲓⲣⲙⲙⲧⲣⲉ ⲁⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲭⲣⲏⲙⲁ ⲛ ⲉϫⲛ ϩⲉⲛⲭⲣⲏⲙⲁ ⲛ ⲉϫⲛ ⲟⲩϩⲱⲃ
ⲉϥϣⲟⲩⲉⲓⲧ , ⲁⲗⲗⲁ ⲉⲓⲟⲩⲱϣⲱ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲉϯⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲛⲁⲥⲟⲛ ⲛ ⲛⲁⲥⲛⲏ ϧⲱⲧⲡ
ⲉⲣⲟⲕ ϧⲛ ⲟⲩⲙⲉⲧⲁⲛⲟⲓⲁ , ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ . ⲁⲩⲱ ⲉⲡⲙⲁ ϭⲉ ⲛⲥⲟⲛ ϧⲓ ϣⲏⲣ ⲁⲩⲁⲁⲩ
ⲛϣⲙⲙⲟ ⲉⲣⲟⲟⲩ , ⲉⲙⲡⲟⲩϣⲛϩⲧⲏⲩ ϧⲟⲗϣⲥ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲓ ⲛ ϧⲁⲣⲟⲓ ϧⲙ ⲡⲛⲟϭ
ⲛϣⲙⲙⲉ . ⲙⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲁⲛⲟⲃⲉ ⲁⲛ ⲛⲧⲁⲕⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩ ⲙⲙⲟⲓ . ⲁⲩⲱ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧ//
ⲥⲟⲟⲩⲛ , ⲛ ⲉⲧⲃⲉⲟⲩ ⲛϯⲛⲁⲣϩⲟⲧⲉ ⲁⲛ , ϫⲉ ⲁⲣⲁ ϯⲛⲁⲣϩⲟⲗ ⲉⲧⲣⲉⲕⲉⲓⲣⲉ ⲙⲡⲁϣ//
ϭⲁ [100] ⲛ ⲛⲁⲥⲛϣⲉ [101] ⲛ ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛϩⲣⲣⲉ ⲉⲧⲁⲙⲙⲧⲉϩⲓⲛⲓ ϧⲛ ϩⲉⲛⲕⲉⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲟⲩϫ ,
ⲙⲡⲃⲟⲗ ⲛⲛⲁⲓ ⲛⲧⲁⲕⲡⲁⲓϩⲉⲛⲉ ⲙⲡⲁⲣⲉϥⲣⲛⲟⲃⲉ ⲛϩⲛⲧⲟⲩ . ⲕⲥⲟⲟⲩⲛ , ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ϫⲉ
ⲟⲩ ⲡⲉⲧⲁⲙⲁϩⲧⲉ ⲙⲙⲟⲓ ⲉⲧⲙⲉⲓⲣⲉ [ⲥϭⲁ] ⲛⲛⲓⲣⲱⲙⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲛⲧⲁⲩⲁⲁⲩ .
ⲉⲓⲣϩⲟⲧⲉ ϧⲛⲧϥ ⲛⲛⲓⲙ ⲉⲓⲙⲛⲧⲓ ⲉⲣⲟⲕ ⲟⲩⲁⲁⲕ ⲉⲧⲙⲉⲓⲛⲉ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲟⲩ ⲙⲡⲉⲩϩⲁⲡ .
ⲛⲧⲁⲛⲓⲣⲱⲙⲉ ⲣⲛⲟⲃⲉ ⲁⲛ ⲉⲣⲟⲕ ⲙⲡⲓⲥⲟⲛ , ⲛϫⲟⲉⲓⲥ , ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲧⲁⲩⲉⲓⲣⲉ ⲉⲣⲟⲓ . ⲛⲑⲉ
ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲉⲧⲟⲩⲛϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϧⲛ ⲡⲉⲕⲥⲙⲁⲣⲱⲙⲏ ⲟ̀ ⲙⲙⲏⲧⲣⲉ , ϫⲉ ⲁⲩϩⲁⲡ ϣⲱⲡⲉ
ϧⲓϫⲱⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲩ , ϧⲙ ⲡⲧⲣⲉ ⲛⲁⲓ ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲡⲁⲣⲁϩⲁ ⲙⲡⲛⲥⲁ ⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁⲓ//

99 ϩⲏⲁ de quo haesitavi supra p. 318 not. 244, significat *atrum, caliginosum, triste*, et omnino affine est ϩⲁⲓⲃⲉⲥ. Cod. ccIV p. 228 ϧⲙ ⲡⲉⲧⲛϩⲏⲧ ⲛⲕⲁⲕⲉ ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲟ̀ ⲛϩⲏⲁ, ibid. p. 210 ⲡⲉⲛϣⲟⲩ ⲙⲡⲉⲕϩⲏⲧ ⲉⲧⲟ̀ ⲛϩⲏⲁ. Cod. ccI p. 50 ⲁⲩϣⲧⲟⲣⲧⲣ ⲁⲩⲱ ⲁⲣϩⲏⲁ. Cod. ccII p. 129 ϧⲛ ⲟⲩϩⲏⲁ *in tenebris*.

100 ϣⲃⲁ *cruciatus, vulnus*. Infra p. 271, et cod. ccII p. 198. Cod. ccIII p. 63 ϭⲃⲁ : ⲕⲛⲁϩⲩⲛⲟⲕⲣⲓⲛⲉ ⲛⲑⲉ ⲛⲧⲁϩⲁϩ ⲛϭⲱⲃ ϧⲙ ⲡⲉⲓϭⲃⲁ ⲛ ⲧⲉⲓⲡⲗⲱⲓⲛ ϧⲙ ⲡⲧⲣⲉϣⲱⲱⲃⲉ ⲛϩⲛⲧⲟⲩ .

101 ⲥⲛϣⲉ M. ϣⲛϣⲓ *plaga, vulnus*.

ⲁⲁϥ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲧⲟⲉⲃⲟⲗ . ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ϯϣⲱⲡ ⲉⲣⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲏⲟⲃⲉ , ⲛⲑⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲛϯⲁϥⲣ//
ⲛⲟⲃⲉ ⲉⲡⲉϥⲥⲟⲛ ⲛⲥⲁϣϥⲛϣϥⲉ ⲛⲥⲟⲛ . ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛⲉ ⲛⲛⲟⲃⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲩⲁⲁϥ , ⲉⲁⲩ//
ⲙⲟⲟⲩϯ ⲛⲟⲩⲥⲟⲛ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲛϭⲓ ⲛⲁⲥⲛⲏⲩ , ⲛ̀ ⲉⲩⲧⲣⲉ ⲟⲩⲥⲟⲛ ⲛⲟⲩϣⲧ ⲣⲱϣϣⲉ ⲉⲣⲟⲓ ,
ⲉⲧⲣⲉⲕⲟⲩϣϩ ⲉϫⲙ̀ ⲡⲁⲙⲕⲁϩ ⲛϩⲉⲡⲗⲩⲛⲏ ⲙ̀ⲡ ϩⲉⲛϣⲱⲡⲉ ⲟⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲁϩⲏⲧ
ⲙ̀ⲡ ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ . ⲁⲩⲱ ϯϩⲣⲟⲧⲉ ⲟⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲁⲕⲉⲃⲉ , ϫⲉ ⲙⲡⲉϥⲙⲟⲩⲛⲟⲩ ⲉⲣⲟⲥ
ⲛϭⲓ ⲡⲉϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ ⲡⲉⲧⲧⲛⲧⲱⲛ ⲉⲡⲓϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ ⲉⲃⲟⲟⲩ ⲧⲏⲣϥ . [ⲥ̅ϩ̅ϩ̅]
ϥⲟⲩⲟⲛϩⲉⲃⲟⲗ ϫⲉ ⲟⲩⲛⲟⲃⲉ ⲛⲁⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲩ ⲡⲉ ⲡⲓⲁⲛⲁϣ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲓ , ⲉⲙⲡⲗⲁⲁⲩ
ⲕⲟⲓⲛⲱⲛⲉⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲛⲙⲁⲓ , ⲛⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁⲛⲁϣⲱⲃⲉⲉⲣ ⲛ̀ ⲛⲁⲥⲛⲏⲩ ⲡⲁⲣⲁⲕⲗⲏⲧⲟⲥ , ⲉⲩⲧⲃⲃⲟ
ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲛ̀ ⲉⲩⲧⲃⲃⲟⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀ ⲡⲁⲛⲟⲃⲉ , ϩⲙ̀ ⲡ̀ⲧⲣⲉⲩϫⲟⲟⲥ , ϫⲉ ⲕⲣⲱϣϣⲉ ⲉⲡⲉⲕ//
ϩⲱⲃ . — ⲣϩⲛⲁⲕ ⲛ̀ ⲟⲩⲱϣϣ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲕⲙⲛⲧϣⲁⲛϩⲏⲧϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ , ⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲡⲁⲓⲩⲁ//
ⲑⲟⲥ ⲛϩⲁⲣϣϩⲏⲧ , ⲉⲕⲱ ⲛⲁⲓ ⲉⲃⲟⲗ , ⲁⲛⲟⲕ ⲁⲩⲱ ⲛⲓⲕⲟⲟⲩⲉ , ⲙⲡⲓⲕⲉⲥⲟⲛ ⲁⲛ ⲙⲙⲁ//
ⲧⲉ , ⲁⲗⲗⲁ ⲛⲑⲉ ⲉⲧⲕⲕⲱⲉⲃⲟⲗ [ⲥ̅ϩ̅ⲏ̅] ⲛⲛⲉⲛⲛⲟⲃⲉ ϫⲓⲛ ⲛϣⲟⲣⲡ ϣⲁϩⲟⲩⲓ ⲉⲧⲉⲛⲟⲩ . —

III.

[ⲥ̅ⲟ̅ⲁ̅] ⲉⲱϫⲉ ⲁⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ϣⲱⲡⲉ ⲛⲥⲓϣⲉ ⲛ ⲁϥϥⲓϩⲁ ϩⲉⲛⲥⲓϣⲉ ϩⲙ̀ ϩⲉⲛ//
ⲡⲗⲏⲩⲏ ⲙ̀ⲡ ϩⲉⲛϣⲃⲁ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲅⲣⲁⲫⲏ , ⲉⲓⲉ ⲙⲁⲣⲉ ⲡⲓϣⲱⲡⲉ ⲛ̀ ⲡⲓϣⲱⲡⲉ ⲛ̀
ⲧⲙⲁⲥⲧⲓⲅⲝ , ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁⲛⲧⲥ [ⲥ̅ⲟ̅ⲃ̅] ⲉⲱⲓ ⲛ̀ ⲉⲧϩⲓⲱⲓϣⲧ ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲁ//
ⲛⲟⲃⲉ ⲙ̀ⲡ ⲛⲁⲛⲕⲉⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙⲙⲟϥ , ϣⲱⲡⲉ ⲛⲑⲉ ⲛϩⲉⲛⲉⲓϥⲧ ⲉⲩⲟϥⲧ
ϩⲙ̀ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲙ̀ⲡ ⲧⲁⲯⲩⲭⲏ , ⲁⲩⲱ ⲛⲑⲉ ⲛϩⲉⲛⲥⲟⲩⲣⲉ ⲙ̀ⲡ ϩⲉⲛⲁⲣⲟⲟⲩⲉ [102] ϩⲙ̀
ⲡⲁⲥⲱⲙⲁ ⲧⲏⲣϥ , ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ ⲛⲓⲣⲱⲙⲉ ⲣⲱⲗ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲉⲃⲗⲓⲯⲓⲥ ⲛⲓⲙ ⲙ̀ⲡ ϩⲓⲥⲉ
ⲛⲓⲙ ϩⲙ̀ ⲡⲉϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲛⲁⲛⲁⲅⲕⲏ , ⲧⲁⲓ ⲙ̀ⲡ ⲧⲱⲟⲩ ⲙ̀ⲡ ⲧⲁⲣⲱⲙⲉ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲉ//
ⲙⲡⲟⲩⲕⲁ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲙ̀ⲧⲟⲉⲃⲟⲗ , ⲉⲧⲛⲁⲩ ⲛ̀ ⲉⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲛⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ ⲛϩⲉⲛϩⲙⲏⲉ
ⲛⲕⲣⲟϥ ϩⲣⲁⲛϩⲏⲧⲉ ⲧⲟⲛⲁⲅⲱⲛⲏ , ⲁⲩⲱ ϩⲙ̀ ⲧⲟⲓⲕⲟⲩⲙⲉⲛⲏ ⲧⲏⲣⲥ . ⲉⲱϫⲉ ⲙ̀ⲡⲉ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲓ̅ⲥ̅ ⲕⲧⲟ ⲙ̀ⲡⲉϥϩⲟ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲡⲁⲩⲛⲉ ⲛⲁⲡⲁϭⲉ [103] , ⲛⲑⲉ ⲉⲧⲥⲛϩ , ⲉⲡ//
ϫⲟⲉⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲟⲟⲩ ⲡⲉ , ⲉⲓⲉ ⲙⲁⲣⲉ ⲛⲉⲧⲟⲩⲛϩ ⲧⲏⲣⲟⲩ ϩⲣⲁⲛϩⲏⲧⲉ ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲡⲉⲓ//
ⲣⲉϥⲣⲡⲟⲃⲉ ϫⲉ ⲡⲱⲛⲉ ⲧⲏⲣϥ . ⲉⲃⲟⲗϫⲉ ϯⲙⲉϩ ⲣⲙ ⲡⲱⲛⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲡⲉⲑⲟⲟⲩ
ⲁⲩⲱ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲛⲁϣ ⲉⲛⲧⲁⲓⲡⲁⲣⲁⲃⲁ ⲙⲙⲟϥ , [104] ⲛ̀ⲧⲉ [ⲥ̅ⲟ̅ⲓ̅] ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ ⲣⲱⲗ ⲛ̀//
ⲧⲟⲟⲩ ⲉⲧⲙⲁⲓⲱⲱⲛⲉ . — [ⲥ̅ⲟ̅ⲁ̅] ⲉⲡϫⲓⲛϫⲏ ϩⲙ̀ ⲁⲕϫⲟⲟⲥ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ ,
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲁⲥⲱⲧⲡ ⲛⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲉ ⲙ̀ⲡ ⲛⲉⲕⲙⲛⲧϣⲁϥⲧⲉ ⲛⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲁⲧⲉⲕⲯⲩⲭⲏ ⲟⲩⲁ//
ϣⲟⲩ , ⲁⲛⲟⲕ ϩⲙ̀ ϯⲡⲁⲥⲱⲧⲡ ⲛⲛⲉⲕϫⲏⲣ [104] ⲁⲩⲱ ϯⲡⲁⲧⲁⲙⲓⲃⲉ ⲛⲁⲓ ⲛⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲉ . —
[ⲥ̅ⲟ̅ϩ̅] ⲙⲟⲛⲟⲛ ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲡⲓⲕⲉⲥⲟⲛ ⲛ̀ ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲛ̀ⲧⲱⲛϣ [ⲥ̅ⲟ̅ⲏ̅] ⲉⲧⲕⲏ ⲛⲁⲓ ⲉϩⲣⲁⲓ ,
ⲉⲓⲉ ⲧⲛⲁⲟⲩⲱϩ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲓϥ ⲉⲃⲟⲗϩⲓⲧⲙ̀ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ , ⲛⲑⲉ ⲛⲛⲉⲧⲕⲱⲧ ⲉϩ//
ⲣⲁⲓⲉϫⲏ ⲧⲥⲛⲧⲉ . ⲛⲉⲧⲟⲩⲛⲁⲁⲩ ⲛϣⲙⲙⲟ ⲉⲣⲟ ϩⲙ̀ ⲡ̀ⲧⲣⲉⲩⲧⲁϩⲟⲟⲩ ϩⲙ̀ ⲛⲉⲓϩ//

102 ⲁⲣⲟⲟⲩⲉ M. ⲥⲉⲣⲟⲉⲓ *tribuli*.

103 ⲡⲁϭⲉ *sputum*. Scribitur quoque ⲡⲁⲧⲥⲉ . V. infra cod. cixxxix not. 37.

104 ϫⲏⲣ *lusus*, *jocus*, *derisio*. Cod. cxc p. 561 ⲡⲥⲱⲃⲉ ⲙⲙ ⲡϫⲏⲣ . Cod. ccIV p. 61 ⲉⲛⲙⲟⲟϣⲉ ϩⲙ ⲡϫⲱϩⲙ ⲙⲙ ⲡ̀ϯϩⲉ ⲙⲙ ⲡⲥⲱ ⲙⲙ ⲙⲙⲡⲧⲣⲉϥ//
ϣⲙⲟⲩⲉⲓⲁⲱⲗⲟⲛ ⲉⲧϫⲁϩⲙ . Apud Mingarellium pag. 245 ϩⲙ ⲟⲩϫⲏⲣ ⲙⲙ ⲟⲩⲥⲱⲃⲉ
ⲉϥϣⲟⲩⲉⲓⲧ . De ϫⲏⲣ S. et M. *acutus* vide infra cod. cxcI not. 7.

ϧⲏⲧⲉ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ, ⲡⲉⲩⲥⲛⲟϥ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱⲟⲩ. — ⲉⲓϣⲁⲛⲧⲙ̀ⲧⲣⲉ ⲣⲱⲙⲉ ⲛ̀ⲓⲙ ⲛ̀ⲁⲓ//
ⲕⲁⲓⲟⲥ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲉ, ⲉⲓⲧⲉ ϩⲟⲟⲩⲧ ⲉⲓⲧⲉ ⲥϩⲓⲙⲉ, ⲉⲧⲟ̀ ⲛⲟⲩϩⲏⲧ ⲛⲟⲩⲱⲧ ϩⲙ̀.
ⲡϩⲁⲣⲉϩ ⲉⲡⲉⲛⲧⲟⲗⲏ ⲙ̀ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, ϣⲁⲡⲉ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁϧ ⲉϧⲟⲗϩⲙ̀ ⲡⲥⲛⲟϥ ⲙ̀ⲡ ⲡϩⲁⲡ
ⲛⲛⲉⲧⲉⲓⲣⲉ ⲛ̀ ⲛⲉⲧⲛⲁⲉⲓⲣⲉ ⲛⲛⲉⲓϧⲏⲧⲉ ⲙⲙⲏⲧⲁⲥⲉϧⲏⲥ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲉ, ⲉⲓⲉ ⲙ̀ⲡⲓϫⲉ
ⲗⲁⲁⲩ ⲛϣⲁϫⲉ ⲛⲛⲉⲧⲙⲙⲁⲩ, ⲉⲣⲉⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ ⲉⲩⲥⲱⲧⲙ̀ ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ. ϩⲱ ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲛⲑⲉ
ⲉⲛⲧⲁⲩⲑⲙⲕⲉ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲛ̀ ⲡⲉⲛϩⲏⲧ, ⲉⲧⲙ̀ⲧⲣⲉϥⲣⲱϣⲁⲩ ⲛⲁⲓ ⲛ̀ ⲛⲁⲓ ⲛⲑⲉ ⲉⲧⲛⲟⲩⲁϣϥ
ⲉⲧⲣⲉϥϣⲱⲡⲉ ⲙⲙⲟⲥ ⲛϩⲏⲧϥ.

I.

[*pag.* 203.] „ Testimonium eorum quae dixi, en clamant anni auribus audientium, quod pars tenebrarum quae cum tenebris communicant maledictio est, et mons cui Deus maledixit, combustus est et ater et desolatus cum lapidibus suis: et pars lucis cum luce communicantis benedictio est, et mons cui benedixit Deus, benedictus est et lucidus et splendens cum omnibus lapidibus suis. Qui sunt illi qui hoc ajunt, et quis est qui audivit? Quis est mons spretus, quis est mons honoratus? Quae sunt tenebrae tenebris commixtae, quae est lux commixta luci, aut vero tenebrae in loco suo non sinentes ut ibi lux se diffundat? [*pag.* 204.] Si laboro ego vel si tu [105] laboras, quaerendo, non rescies. Nam interdum bonum est quaerere, quo quis inveniat, ut scriptum est; interdum etiam melius non quaerere quam quaerere, quia dum homo laborat quaerendo non inveniet, uti inquit ecclesiastes. Qua hora vel quo die excruciaverunt homines in medio tuo vel quovis loco, ut comederent ne morirentur? Vix umquam homo consistit in eo quod satis est, dum obstat ei praeceptum: Ne decipiaris in satietate cordis. Propterea si Deus sinet me, desinam esse dux sive miles et homines in medio tuo contumelia adigere, ut deum ament coacti neque volentes. Quis unquam qui amavit eum, non custodivit praecepta et verba ejus? Qui amat me, inquit, custodiet sermones meos. [*pag.* 205] Quicunque dixerit, amo Deum, obediat ei, aut fur est contumax, oppugnans veritatem omni opere transgressionis. Qui sitit aut sitiet Deum, quaerat eum. Inquit enim, Anima mea sitit Deum viventem, ut veniam et videam revelationem vultus Dei. Esuriens qui sitit justitiam, comedat et bibat ne moriatur, et deinceps satur erit in aeternum. Pueri seu puellae, omnes quicunque viri aut foeminae, tibi traditi, Deus requiret eos a patribus tuis qui in medio tuo, maxime autem ab eo quem vocant vocabuntque omni tempore patrem tuum. Doleo et exclamo tecum, quod imago seu forma serpentis apparuit in longitudine sua et latitudine in brachiis humerisve eorum qui signati sunt signo serpentis. [*pag.* 206] Si isti non concesserunt alii vel aliis die eum insequi et captum occidere, quanto magis ab eo ludificabuntur illi alii nocturno tempore, ubi tu de eo insequendo et apprehendendo non eris

105 *Scilicet* Synagoge.

serio sollicita ? Nunc quidem dum exivit serpens e spelunca sive fovea juxta maceriem interiori latere, nemine videnti insiliit in brachia istorum, et iis obvolutus infixus manet. Illo autem tempore egredietur e fovea ad maceriei latus exterius, et multi eum videbunt irrepentem in nonnullos et involventem eos instar cinguli; dum scilicet cingat eos malitia sapientiae suae. Caput serpentis illius destruet vires pectoris eorum, et cauda ejus dissolvet nervos et arterias femorum eorum usque ad plantas pedum. [*pag.* 207] Nec solum quod illi debilitabuntur seu ille debilitabit eos, sed multi etiam morientur. Non enim mitis fiet illis aut inter eos, neque sane solvent eum obvolutum sibi a pectore usque ad pedes. Forte aliquando honorabis me et glorificabis valde, quod saepe terrore nonnullos tuorum coëgi, ut vi compulsi Deum amarent et praecepta ejus, odioque haberent inquinationem et inobedientiam et omne opus pravum. Alienus fui a mansuetudine et longanimitate, alienus fui a luctu et ira et trepidatione. At sane Deus non obliviscitur operum quae iste [106] fecit in medio tuo; ille enim ut scriptum est, videt conturbationes ejus et illorum. Quid fuit quod eum coëgit ut opera ejusmodi faceret apud te, nisi dilectio ejus erga te, pariterque dilectio tua erga eum ? [*pag.* 208] Deus qui impulit sive qui praecepit ut iste faceret omne opus hujusmodi in medio tuo, terrore et ira et minis et percussione hominum indocilium, utpote festinans ad eos puniendos; idem ille impellet vel praecipiet ut iste desinat facere opera hujusmodi, et petat ab Altissimo, ut ei concedat paullum longanimitatis et mansuetudinis, precibus omnium qui in te sunt, sive viri sive foeminae, quibus cordi est pax aut salus fratris sui pauperis et humilis. Quemadmodum enim omni hoc tempore vidisti eum in medio tuo conturbatum, iracundum et trepidantem, ita si talem ab hoc inde die amplius non videbis eum, siquidem cessantem aliquando ab operibus duris ut infernus; [*pag.* 209] sane nisi Deus est qui ei consuluit magnum illud bellum gerere in te, neque is est qui nunc ei consulit ut desistat ab operibus ducis, vel optet quiescere seu secedere abs te, taedio operum similium. Dico vobis fratres, quod omnis conturbatio et omnia opera hujusmodi quae Deus nobiscum fecit, grata mihi fuerunt et accepta plus quam mel, et itaque omnia ea fecimus, quoniam tempus erat et voluntas Dei. Nunc vero non solum accepta mihi non sunt, sed odi ea plus quam fel, quoniam tempus non est neque voluntas Dei. Nam Deus non praecepit ut iste opera ducis faceret in te omnibus diebus vitae suae. Cuivis rei tempus suum est. Tempus est irascendi, quia melior est ira quam risus, secundum scripturas. [*pag.* 210] Tempus est indulgendi, quia bona res est longanimitas, juxta quod scriptum est. Homo qui societatem iniit cum aliis qui saxum ab alto super se ipsos deorsum trahere conantur, nisi ab iis secesserit, decidet lapis super eum ut super illos. Ita quoque qui apud te faciunt vel facient opera dolosa in omni transgressione, trahentes super semetipsos moerorem hora justi judi-

106 Auctor de se ipso loquens modo prima persona utitur modo tertia; modo singulari numero modo plurali.

cii Dei, nisi iste ab illis separaverit se, accidet ut dum eos flagellaverit tempore quo mors eorum jam appropinquet, moriantur illi, et moereat is cum aliis nonnullis omnibus diebus vitae suae. Uti quando Scjenute homines occidit, quorum jam completus erat vitae terminus, seu dies aderant quibus visitare eos destinaverat Deus. [*pag.* 211] Non scriptum est in epistola, vel non meministi olim, quod valde saepe dixit exclamans in magno dolore et pudore, sedens in medio tuo, cum omnes essemus congregati: O Deus, o Deus, o parentes qui me genuistis, quid mihi cum hujusmodi operibus; num miles sum, num dux, ego qui sum minister, qui sum pastor! Anne multae lacrymae commiserationis apud te testes fuerunt verborum istorum aliorumque multorum quae protulit ille in amaritudine? Aut sane casus sit ut dies mortis hominis accedat hujusmodi occasionibus. Vidistine fratrem tuum seu filium tuum qui ea super re interrogatus a nobis, cum omnes insimul essemus congregati, mentitus est contra veritatem, de baculo qui utinam igne fuisset combustus, quem ille furatus erat, dicens, Dono petii a quodam. [*pag.* 212] Nonne evenit ut cum Deus non daret nobis longanimitatem eo die, donec eum servaret poenitentiae, repente mortuus sit ille, nobis qui factum sit nescientibus. Non quidem quod plus mali fecerat quam nostrum quis peccando aut mentiendo, Deus iratus occidit eum, sed quod dies vitae ejus completi erant. Si Deus ira occidit eum, cur non nos occidit, qui plusquam ille peccavimus. Vel forte judicium Dei non assequetur singulos nostrum in die irae, nisi propere cedimus ab impietatibus nostris antequam moriamur ut frater ille noster, ut alii nonnulli quos mori vidimus de improviso. Nonne qui tecum loquitur, torsit quosdam in te donec velut moribundi humi sese volverent, nec aliquid accidit illis? [*pag.* 213] Et dum unico ictu baculi plagave feriit illum qui mentitus erat, scio multos apud te dixisse, quod violenter eum occidisset ante praestitutum vitae terminum. Propterea non solum ego desinam facere opera militis, sed neque permittam ut aliquis apud te, sive et alii in aliis locis, verberent quemquam meo nomine, ne quidem earum rerum causa quae continentur in libris qui nobis pro norma sunt. Absit ut si quis fecit opera dura in te impulsu et praecepto Dei, alius vel alii quaerant eadem facere sine impulsu et praecepto Dei. Siquidem Deus destinavit cuique viam in qua ambulandum pro cujusvis temporis utilitate, [*pag.* 214] juxta quod inquit apostolus: Quisquis ut tradidit ei Deus mensuram fidei. Testis est Deus ei qui haec tibi loquitur, quod nunquam fecit opus hujusmodi sine praecepto. Sit et Deus testis ei, quicunque fecerit hujusmodi opus in te omni tempore. Sed advertat etiam ad ea quae nobis praescripta sunt, ne dissolvat. Bonum consilium custodiat te, juxta quod scriptum est. Deus si hoc modo praecepit tibi facere opera dura, ne morare, ne in judicium vocet te. Si non praecepit, ne ea facias audacia mentis tuae, ne moerorem tibi pares. Neque utilitas inest iis quae quis fecerit sine Deo, sed contentiones et rixae et conturbationes vanae inutilesque evenient ei vel iis.

II.

[*pag.* 219] Ubi ante hosce dies audisti, quod qui tecum loquitur, armatus baculis flagrisque contumeliose compellit homines ad Deum cognoscendum, aliorum quoque ad hoc opera usus, si cogitas, eam ipsi esse consuetudinem quotidianam ex insolentia sua; non reputas tecum salutem quae tibi facta est ex operibus illis et tormentis, quo cognosceres, quod sine Deo ille non ausus est in te opus vel verbum ab ictu baculi vel sermone duro vel maledictione, etiamsi manus pedesque ejus prurirent et linguae esset impotens super omnibus qui in te sunt. — [*pag.* 221] Homo a multis tractus ad opus quod ei non placet, aliis quoque pone impellentibus, quomodo resistet? Sic quoque iste dum qui inter nos faciunt vel fecerunt quae facere non decet, traxerunt eum ad opera dura facienda, impellente quoque Deo. Quin vae ei nisi fecisset; et si facere noluisset, quis modus ei resistendi? Itaque ne nimium tribue sermoni quem dixit, Desinam dux esse, si sinit me Deus. Si enim non siverit, nonne omnis punitio quam infligere debuisset nonnullis in te, ne dimidium quidem erit ejus quam super eum mittet Deus? — [*pag.* 222] Et dum tu misereris tuae et nonnullorum, adversus quos saepe dura opera fecit iste in medio tuo, miserere etiam ejus, quia Deus eum apprehendit, asseverantem quod constitit in medio tuo vel ad latus tuum, ut eum quoquoversus dissolveret et contereret ossa ejus, quo faceret vel donec faceret omnia ea quae vidimus in medio tuo. Tu quidem humano more inspiciens dorsa et manus cruraque illorum videbis plagas a baculo et flagro quae brevi sanantur; Deus autem qui inspicit cor istius, videt id cruciatibus obsessum per eum qui manu arripuit ut impelleret. — [*pag.* 226] Quis est praeter Deum qui possit separare aquam a vino, cum semel fuerint mixta, vel quis potest separare vinum a vino seu mel a melle, ubi insimul fuerint commixta? Ita quoque qui in te unanimes sunt ad custodiendum verba Dei et leges patrum eorum, sive viri sive foeminae, nemo est qui possit separare cor seu voluntatem unius ab altero, dum Deus miscuerit voluntatem omnium insimul. Si tu non doles audiens ista, neque ipsa te accusas, dum justus et fidelis sit coram te ut fur et fraudulentus in omni transgressione, [*pag.* 227] atque peccator et infidelis coram te sit ut qui custodit praecepta Dei ambulans in omni puritate et veritate; vos quidem, fratres, scitis utilia vobis esse hujusmodi opera, at me non decent. Etiamsi ita me deceret, quid facerem aut quid agerem praeter ista? Ego non aliud specto, quam ut me erudiam secundum quod memini e scripturis, ne corrumpam aut laedam id quod est in medio trium vel septem, cum omnibus illis qui e longinquo prospiciunt ut ipse me perdam. Dum audit auris, lacrymas fundit oculus, magis dum oculus videt. Expedit dicere, quod homini melius est mori quam vivere, peccanti in conspectu eorum qui vincient eum post dies coecitatis suae. [*pag.* 228] Fons est amaritudinis et doloris qui effunde-

tur in animam hominis, dum illi noctu eum rapient de improviso, ubi manus ejus sanguine sint inquinatae et digiti sint in peccato, juxta quod scriptum est. Quis est testis sermonum horum et operum, nisi Deus et qui videt et qui novit? Hoc ita est: Nunciatum fuit homini, Mater tua mente capta est et caligo praeterea ceu velum praetensum est oculis ejus, qui vero vident eam ignorant quod visus ejus turbidus sit vel obfuscatus, quia oculi aperti sunt, at non vident. Et homo ille surrexit de loco ubi hoc ei dictum fuit, et ascendit ad matrem quae eam pepererat, viditque eam binis malis oppressam, insania et caecitate, et e regione ejus sedens flere coepit. [*pag.* 229] Illa autem ridebat et gaudebat, hilaris valde, neque pudore neque tristitia affecta, siquidem mens ejus capta erat sive illa erat mente capta. Atque cum iste lacrymis se saturasset, apprehendit ambas manus ejus eamque sibi adjunxit, et illa festinans pedibus in via, pone eum secuta est humeris ejus incumbens, et sic cum ea profectus est ad locum ubi eam sanatum iri sperabat. Mox inde ei cum matre ambulanti obviam factus est homo, adducens fratrem illius qui matrem post se trahebat, qui et ille coecus erat, eoque in manus illius tradito abiit et abscondit se. Et ille cum videret, quod occultatum se abisset, et nullus ei adesset e duobus illis, quorum alter de matris insania nunciaverat ei, alter fratrem coecum ei tradiderat, [*pag.* 230] lugens perrexit in via quam coeperat, matre quae eum pepererat retro eum trahente, fratre autem in anteriora avellente. Sed dum altera manu matrem retinet, frater ab altera se proripiens aufugit longe cum anima sua, festinans ad loca tenebricosa. Nec potuit ille insequi fratrem errantem, quia mater eum retardabat, neque clamando revocare, quia ille non audiebat nec revertebatur. Ambulavit itaque cum matre donec pervenit ad locum ubi illa erat sananda, eaque ibi relicta, corde dolens reversus est ut fratrem quaereret. Cumque quantum poterat penetrasset perlustrans loca tenebrarum neque invenisset, lassus despondit animum: Melius sane consistere hoc modo sive hoc loco, dum sanguis stillat guttatim, quam dum fluit instar aquae. — [*pag.* 232] Scias etiam cur qui apud te inquiunt, Aegrotamus, manducant hoc et illud, furantur vel clam datum accipiunt quovis tempore, nec unquam saturantur. Qui fieri potest ut satientur, rapientes, furantes, clam accipientes, congerentes cupiditati insatiabili, accensae instar ignis coram qui coërcere nescit. Anne qui ignem accensum sedare vult, desinit materiem conjicere in eum? — [*pag.* 236] Apprehenduntur et capiuntur ira Dei et angeli, ut capi solet avis laqueo et caprea a pueris, nisi proponant sibi non dare somnum oculis suis, neque nictationem palpebris suis. Nam evasimus, juxta quod scriptum est, instar capreae e laqueo et instar avis e reti. — Nonne vidisti vel audisti, quid fecerunt Barbari synagogis tibi similibus, et oppidis tibi vicinis, aliisque vicis et locis omnibus? [*pag.* 237] Et sane afflictio et desolatio et expilatio, quas attulerunt inimici filiorum ecclesiae, satis sunt ad castigandum cor sapientum, maxime quod tot homines occiderunt. Nec dubium est quin scias quod multitudo hominum periit in fluvio, multi in montibus desertis, multi captivi abducti, multae virgines vitiatae, ecclesiae combustae, aliae expilatae, et ingentia damna adlata collegis nostris sive fratribus. Sed ne sic quidem cessarunt eo

tempore in te ut olim furari et committere opera dolosa omni transgressionis genere; neque nunc cessamus. — [*pag.* 239] Quomodo dicam, quod sermones socii seu filii seu patris in hac epistola scripti, sermones sunt hominis qui alienus manet ab ejusmodi hominibus, quibus non placet eos audire, neque dignos eos existimat. Propterea quia illi non tenentur audire sermonem ejus, quemadmodum qui Deum timent inter nos, amant veritatem in omnibus operibus suis: neque is tenetur eorum causa coram Deo, quominus se ab iis segreget, neque inde culpa in capite ejus de tribunali. Nemo in te est, cum quo qui haec dicit collocutus sit inde a mensibus vel multis diebus, neque ei convenit ut se per vitae tempus illis implicet. Non quidem quod mali quid ei fecerint, sed quoniam et ego et illi vituperavimus veritatem Dei mendacio, violavimus eam injustitia, mentiti sumus adversus eam, corrupimus animas nostras in iniquitatibus, uti scriptum est. [*pag.* 240] Neque fieri potest unquam ut socii vel fratres dicant, Amamus socium nostrum vel fratrem; nisi custodiant sermones ejus, quo et ipse attendat ad eos. Nisi sermones socii utiles sint sociis ejus, neque ipse utilis erit eis dum socius sit. Nunc oportet ut tu pura fias a sanguine eorum qui facient mala in te omni tempore in quavis transgressione. Ne tolera eos ut tecum habitent, non tradentes tibi cor suum, ut abstineant ab inquinatione, a furto et omni opere malo. Cave ne persuadeant tibi ut relinquas doctrinam quam edocta es, nec dicas tu quoque, ut multi quidem docent: Sinite utraque crescere [107]. Non ad te spectat sermo iste, neque ad aliquam e synagogis tibi similibus in hoc habitu sive hac vitae ratione; sed ad universum mundum. — [*pag.* 241] Sed adverte animum, ubi invenisti verbum illud: Sinite utraque crescere; vel qua ratione conveniat tibi. Neque sinas ut seducant te altero illo sermone, quem et multi docent hoc modo: Cum illi qui omnes convocaverant ad nuptias novissent eum qui veste nuptiali non erat indutus, tamen non ejecerunt eum e domo nuptiali, [*pag.* 242] nec aliquid dixerunt feceruntve ei, donec veniret dominus. Itaque, inquiunt, non oportet ut qui noverint eos qui malum faciunt in synagogis sive ecclesiis, ejiciant eos, donec sistant se coram domino Jesu vel donec ipse veniat. Scandalo est tibi sermo iste. Absit. Ne crede cuivis verbo ut stolidus facit, sed sapiens fias magis, examina omne opus et omne verbum et omnem spiritum omni tempore. Ne pecces contra quod dictum est in Solomone: Stolidus credit cuivis verbo, congruo et incongruo, sapiens cavet ab iis quae non conveniunt et quae dicere non decet. — [*pag.* 245] Nonnulli in te qui non attendunt ad quae audiunt, non pueri solum sunt et puellae, sed adulti etiam homines et foeminae adultae. — Instruam te de hac quoque re, scilicet ubi denuo deprehenderis aliquos in te qui eam commiserint stultitiam ut recidant virilia sua, quo in puritate maneant, [*pag.* 246] attolles eos super lecto sanguine vulneris madentes et ponas in via publica, secundum quod jam diximus omnibus congregatis omnibusque audientibus, ut exemplar sint sive signum transeunti cuique. Si vis propter deum, trade eos

107 Evang. S. Matth. cap. 13 v. 30.

cognatis suis, ne moriantur in vicinia nostra. Si vero cognatis sunt destituti, transfer eos in locum habitatum et ibi depone eos. Modo ne ullatenus sinas ut maneant apud te, ne haereticis accensearis propter homines perversos, qui offendiculo tibi sunt opere, quod hominem ne audire quidem decet et abominatio est juxta scripturas. — [*pag.* 248] An oblita es profanationum et pollutionum et furtorum quae commissa fuerunt in vasa altaris inque ceteras res quascunque, et peccatorum omnium quae facta sunt in te? Sed tu, anus, quoniam scripsisti nobis, Manifestavi vobis totum cor meum; sane ita nobis manifestasti cor tuum, uti nunquam fecit homo homini. Num nos diligimus te, odio habentes juvenculam; aut diligimus illam, et te odimus; aut sane praecipue diligimus unam vestrum dum alteram odimus? aut si omnino unum diligimus et alterum odio habemus, nonne est malum id quod odimus? [*pag.* 249] Et cur tergiversasti ne sisteres te vel illa se sisteret tecum, postquam illa dixit coram Deo et sene et illis qui cum eo venerant, et fratribus omnibus qui sunt apud vos, congregabimur insimul. Justificata es egregie, inquiens: Non possum adjungere cor meum cordi ejus. Scio equidem, quare cor tuum non jungitur cordi ejus: sermo ejus tibi non est utilis, neque sermo tuus ei. Ita pariter ubi sermo tuus nobis erit utilis, qui fieri potest ut sermo noster non sit utilis tibi. Non est verum quod dixit senex ira incensus, te omni illo tempore aures praebuisse consilio diaboli? Monui te pluries, dic nobis qua super re offensa es ei; sed non dixisti. Non potuisti tolerare sermonem Deo inspirante tibi mandatum: Periculum fac iterum cum filia tua, et si inveneris immorigeram, scribe nobis. [*pag.* 250] Magis immorigera fuisti quam illa. Non potuisti sustinere ad tertium quartumve diem, antequam mitteres nobis querelas tuas vel sermones ambarum insimul. Poterisne sustinere judicium Dei, tu qui hoc modo praefracte e nobis expellis sororem tuam? Diabolus corrupit cor alterius utrius erga alteram, nonne putas Deum te esse una cum illa interrogaturum, qua in re te violaverit? — [*pag.* 251] Remitte sorori tuae, tolerate altera alteram in timore Dei, et complete opus vestrum, ne vos poeniteat die quo cessabit omnis durities e medio nostrum. Si tu ais, Quid mihi est cum illa? aut, Odium mihi non est in eam: scriptum est, Odium suscitat rixam, amor tolerat omnia. Si nostrum non misereris, hominum quidem omni afflictione dignorum, qui toties mandavimus tibi a mensibus inde plusquam duobus, optantes ut concordes fieretis et compleretis opus vestrum: quomodo potes tu e regione resistere caritati et paci et obedientiae, quin sinas eas intrare cor tuum? — [*pag.* 254] Oramus etiam te ut remittas sorori tuae, licet succenseas quod male de te locuta sit. Ego quidem consulo tibi ut des cor tuum nobis, et milites ut bonus miles domini Jesu. — Si non consentis reconciliari cum sorore tua ut operatores collegae in unico hoc opere, cui Deus vos destinavit, [*pag.* 255] et si vere tibi est propositum adhaerere cogitationi pravae potius quam conciliari sorori tuae, aut si non potes concors ei fieri, propter praeceptum Dei, non propter nos, ne dicas, Vos me cogitis, sive tu sive illa, secedite et separamini. Sicuti enim non estis utiles altera alteri, quoniam vobis ipsis estis offensioni, ita quoque nemo singulus in vobis utilis erit aliis

nonnullis in hoc opere. Deus non deseret nos in hac afflictione tanti doloris. Tentabimus adhuc nonnulla, sed quod velim breviter. Ne audiam quod multos sermones feceritis cum sene: Sic, sic; non, non: antequam ille redeat ad nos, ne cor meum vel cor vestrum magis adhuc doleat super vobis. Sufficit ita.

[*pag.* 256] *VERBA AFFLICTI ET DOLENTIS.*

Forte ego non reputavi vel tu, Synagoge, non reputasti vereri verba prophetae: Deus iracundus est Dominus, ulciscens ira in adversarium et perdens inimicos suos. Non est inimicus qui Deo magis adversetur quam qui in te faciunt opera fraudis. — [*pag.* 258] Ille aut illi, de quibus dixit qui tecum loquitur, sunt in te, tu vides eos, et profecto eos non cognoscis. Prope adsunt tibi, et sane procul quoque absunt. Sunt in medio tuo, adspicis faciem eorum, adspiciunt faciem tuam, tu suspicis ad eos, illi despiciunt ad te. Et profecto, quaere quis est aut qui sunt, et cognosces eos. — Non ita plane vecors est qui tecum loquitur, ut si viderit rem occultam, proferat eam et dicat qualis sit. — [*pag.* 259] Ut mulier illa stulta, quam Deus e nobis expulit, quae et illa dixit, Veni et manifesta opera furum. Uti et inde ab initio multi in nobis locuti sunt hujusmodi vanitates. Sed reputo qui ista inquiunt ut vecordes praeter veritatem. [*pag.* 260] Si quando cogitavi opera occulta, cui dixi unquam inconcinne, Scio opera occulta? O homines qui non dijudicant se ipsos propter diem magni judicii! Nec mirum, te scire nomina nova quo appelles eum qui tecum loquitur, pusillanimem, iracundum, contentiosum. Ignoras quae sint magna nomina quibus eum appellare decet. Docebo te ea. Voca eum dolorem et moerorem et gemitum et pudorem et tristitiam. Sed hoc velim scias et medites: mel seu quod melle dulcius sit, custodient in unum locum collectum, donec per portiones aliis dent, qui et ipsi reponant in vasibus eo dignis; [*pag.* 261] fel autem seu quod omni felle sit amarius, manebit juxta mel vel ab eo excussum, donec sensim auferant qui id tractant et versant, aliisque dent qui procul abijciant. Ita inquit is quem qui sit quaeris: Dicam ego seu dic tu rem pro altera, opus pro altero vel opera pro alteris. Ponam ego sive pone tu caput pro pedibus. Ponam sive pone tu oculum vel oculos pro auri vel auribus, nasum vel nares pro manu vel manibus. Aperi orbem terrae ut introspicias abyssum, tu o Synagoge. Eleva oculos tuos ad coelum ut videas, quod scire possumus, ego et tu, quid sit latitudo et longitudo et altitudo et profunditas. [*pag.* 262] Stabo vel sedebo in loco, ubi quem tu nescis quis sit, movit caput suum super te in ira et zelo ante dies et annos qui transiere. Iudicium erit super altari seu loco ubi ille multis maledixit inde ab initio usque nunc, propter opera mala quae fecerunt, sive viri sive foeminae. Non mirus tibi videtur qui tecum loquitur inquiens, Faciam judicium ejus qui judicabit me et te? Deus et Domine Jesu Christe bone, fac judicium cordis mei, et aestimationem animae istius et illorum qui moerent super iniquitatibus, quae factae sunt et nunc quoque fiunt in synagogis tuis. Qui vadimonium suscipit pro servo stulto spernit legem, ut scriptum est. [*pag.* 263] Qui jusjuran-

dum praebet pro hominibus vel homine stulto, implicat salutem animae suae contemtui jurisjurandi quo confirmavit testimonium. Homo ille vel homines illi peccaverunt, fecerunt et me peccare. Deus, transgressus sum jusjurandum quod feci coram te. Homo ille vel homines illi mortui sunt, occiderunt et me vel nos. Homo ille vel homines illi facti sunt inimici tibi, sive ei qui constitutus est in loco tuo vel locis tuis sanctis, fecerunt et me inimicum tibi, Deus, sive ei qui constitit ad dividendum caliginem vel tenebras a luce vel luminibus. Qui possum attollere oculos meos ad te orationibus meis parvis et pauperibus? Deus, transgressus sum juramentum quod feci. Dicam, novi peccatum meum, ira tua firmata est super me, minae tuae circumdederunt me, terrores tui conturbaverunt me, juxta quod scriptum est. Obdormivi in pudore meo, et vituperatio mea expandit se super me. [*pag.* 264] Non solum quod peccavi omni opere, sed transgressus quoque sum jusjurandum quod feci coram te, hominum causa qui non satiantur peccando in animam suam ab initio suo usque nunc. Non jusjurandum, non timor, non lacrymae, non pudor, non ira, non maledictio, non sermo nec opus quodcunque, quae fecit iste te jubente, Deus, praevalent cum hujusmodi hominibus ne peccent in animam suam. Ne mitte super me judicium jurisjurandi, velut sanguinem hominis quem effuderunt cum occiderunt eum. Scio quod jusjurandum est super capite meo jam inde a mensibus, sicut reliqua omnia mala mea. Plenus sum pudore et afflictione, Deus, attende ad animam meam et salvam fac a maledictione jurisjurandi et reliquorum malorum meorum omnium: nam homo iste sive homines isti reddiderunt me atrum. Ne avertas faciem tuam a me, ne declines te a paupertate mea in ira. [*pag.* 265] Lava me a maledictione jurisjurandi, et purga me a crimine, Jesu mediator conscientiae meae. Non enim pro pecunia aut opibus aut alia re vana suscepi vadimonium, sed volo ut quem voco fratrem meum seu fratres meos reconcilientur tibi in poenitentia, Deus. Et loco fratris et socii fecerunt me sibi alienum, non miserati sunt mei in magno morbo meo. Nonne propter peccata mea flagellasti me? Et quis scit aut cur non timeam, ut salvus sim ne denuo renoves cruciatus et plagas et morbum in vilitatem meam, novis flagellis praeter ea quibus jam castigavisti peccatorem meum. Tu scis, Deus, quid retinuit me ne facerem hominibus illis juxta quod illi fecerunt. [*pag.* 266] Quem timeo praeter te solum ne mittam super eos judicium suum? non enim in te, Domine, hac vice peccaverunt homines illi, sed in me peccaverunt. Siquidem omnes qui sunt in synagogis tuis testes sunt, quod judicium factum est super me solo, dum illi transgrederentur post jusjurandum quod feci coram te. Propterea recipio super me peccata eorum, instar illius qui peccavit in fratrem suum septuagies septies. Quia magnum est peccatum quod fecerunt, uno ictu occiderunt me fratres mei, et fecerunt ut unus ictus sufficeret ut tu adderes dolori meo angores et morbos cordis et corporis. Quin et de capite meo timui, ne corriperetur a morbo illo vel quod in omni malo simile erat morbo. [*pag.* 267] Apparuit quod jusjurandum illud super capite meo mihi solo peccato erat, nemo mecum particeps ejus, dum socii seu fratres mei abnuerent, purgantes se vel purgati a peccato meo, dicentes, Sufficis

operi tuo. — Placeat tibi et velis in omni misericordia tua, Domine bone longanimis, ignoscere nobis, mihi et illis aliis, non solum hac vice, sed ut remittas peccata nostra ab initio usque nunc. —

III.

[*pag.* 272] Si et Deus fuit in aerumnis et sustinuit dolores e plagas et cruciatus, secundum scripturas, fiat quoque morbus seu morbi et flagellum quod Deus mittet super me vel quod nunc super me est, propter peccata mea et jusjurandum illud quod transgressus sum, instar clavorum fixorum in corde meo et anima, et instar spinarum et tribulorum in toto corpore meo, ut homo ille vel homines illi liberentur ab omni afflictione et poena in die necessitatis meae et illorum, et omnium hominum qui non ponunt Deum in conspectu suo, videntem et scientem eos qui faciunt opera dolosa in te, o Synagoge, et in universo mundo. Si neque Deus Jesus avertit faciem suam a contumelia consputationis, juxta quod scriptum est, is qui dominus gloriae est, liceat ut omnes qui in te sunt vocent hunc peccatorem quovis opprobrio: nam plenus sum opprobrio propter mala mea et propter jusjurandum quod transgressus sum, ut homines illi liberi evadant ab ignominia. — [*pag.* 278] Tantum post hoc tempus sive post pactum nobis sancitum, perseveremus in eo vel super eo per Deum, ut qui aedificant super fundamento. Qui vero fuerint e te expulsi utpote comprehensi in hujusmodi opere, sit sanguis eorum super capite eorum. — Nisi vellem ut omnes justi in te, sive viri sive foeminae, qui unanimes sunt in praeceptis dei custodiendis, puri essent a sanguine et judicio eorum qui faciunt aut facient opera impietatis in te, ne verbum quidem de iis dixissem, te audiente vel illis audientibus. Sufficiat iis ita afflixisse cor meum seu cor nostrum. Nulla amplius mihi aut vobis speranda inde est utilitas. „

NUM. CLXXXVII. Folia sex, paginae ϕⲙϯ — ϕⲙϩ, characteres classis IV, fere ut in specimine n. XIIX. Fragmentum epistolae ad eandem congregationem, quam Scjenutii esse et res et stylus credere suadent. En excerpta:

[ϕⲙϯ] ϫⲉ ⲉⲣⲉ ⲟⲩϩ ⲛϩϫⲟⲟⲥ, ϫⲉ ϩⲡϩⲓ ϩⲁⲓ [1] ⲛ ϥⲙϩϩⲁⲓ ⲣⲙ ⲛⲟⲩⲙ ⲕⲟⲩⲓ ⲉϧⲟⲗϩⲙ ⲡⲉⲧⲕϩⲁ ⲉⲧϥⲙϩⲛⲧϥ, ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲁⲧⲁ ϩⲟⲟⲩϩⲟⲟⲩ ⲛ ⲟⲩϣⲛⲟⲩϣⲛ. ⲛⲑⲉ ⲛⲟⲩⲕⲱϩⲧ ⲉϩⲟϣⲙⲉϥ ⲙⲡⲟⲩⲉϣ ⲡⲣⲁⲧϥ [2] ϩⲛ ⲙⲙⲁ ⲉⲧϣⲟⲕϩ [3] ⲛ ⲉⲧ//

1 ϩⲁⲓ M. ϩⲓⲁⲓ *adlevari*.

2 ⲟⲩⲉϣ M. ⲟⲩⲱϣ *intervallum*; ⲙⲡⲟⲩⲉϣ ⲡⲣⲁⲧϥ *ad intervallum pedis ejus* i. e. *praeter imam radicem sive originem*. Videtur hinc repetendum ⲛⲟⲩⲉϣⲛ M. ⲛⲟⲩ// ⲉϣⲉⲛ *praeter, sine*.

3 ϣⲟⲕϩ M. ϣⲱⲕ *profundus*. Cod. CLXXXIIX p. 191 ⲟⲩⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉϥϣⲟⲕϩ ⲙ// ⲙⲁⲧⲉ, et ⲛϣⲱⲕϩ *profunditas*. Affine ϣⲟⲕϩ *caedere, excidere*, supra pag. 298 not. 103.

ϭⲏⲩ [4] ⲙ ⲉⲧⲟⲩⲛⲩⲉϩⲟⲩⲛ [5] ⲛⲧⲁϥϫⲉⲣⲟ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ, ⲁⲩⲱ ⲟⲩⲙⲟⲓϩⲉ ⲡⲉ
ϫⲉ ⲁⲡⲙⲟⲟⲩ ϩⲁⲧⲉ ϩⲓϫⲱϥ ϩⲓⲧⲡⲉ ⲙⲙⲟϥ . ⲡⲁⲗⲓⲛ ⲟⲛ ϥⲛⲉϩⲥⲉ ϩⲓ ϩⲣⲉ, ⲙⲛ//
ⲛⲥⲁ ⲡⲉⲓⲛⲟϭ ⲛⲟⲩⲉ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲁⲩⲱ ⲙⲛⲛⲥⲁ ⲧⲉⲓⲁϣⲏ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲉⲧϩⲁⲧⲉ ⲛⲥⲁ ⲧⲡⲉ
ⲙⲙⲟϥ, ⲁⲩⲱ ϥⲛⲏⲩⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϥϭⲣϭⲣ ϩⲱⲥ ⲉϣϫⲉ ⲉⲩⲛⲓϥⲉ ⲛⲥⲙϥ ϩⲓⲧⲛ ⲟⲩⲧⲏⲩ
ϩⲛ ⲟⲩⲙⲁ ⲉϥⲟⲣϥⲉϩⲟⲩⲛ, ⲉⲣⲉ ⲡⲧⲏⲩ ⲣⲱϩⲧ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲱϥ ⲛⲧⲡⲉ ⲙⲙⲟϥ, ⲉϥ//
ⲱⲣϧ [6] ⲙⲡⲕⲱϩⲧ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲛⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲧϥϫⲉⲣⲟ ⲛϩⲏⲧⲟⲩ, ϣⲁⲛⲧϥ//
ⲣⲟⲕϩⲟⲩ ⲙⲛ ϩⲛⲟ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲛϩⲏⲧⲟⲩ, ⲙⲛ ⲛⲕⲉⲙⲁ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲱⲛⲉϩⲟⲩⲛ [7] ⲉⲣⲟⲟⲩ.
[ϕⲙⲁ̄] ⲁⲩⲱ ⲉⲛⲉⲩⲡⲣⲟⲥⲉⲩϫⲉ ⲁⲛ ⲛϭⲓ ⲛⲉⲧⲧⲏϣ ⲉⲛⲉⲓϩⲱϧ ϫⲉ ⲣⲟⲉⲓⲥ, ⲛⲉⲣⲉ
ⲛ̀ϯⲕ [8] ⲛⲕⲱϩⲧ ⲉⲧϫⲉⲣⲟ ϩⲛ ⲙⲙⲁ ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ, ⲉⲧⲉϣϣⲉ ⲉⲱⲣϣⲱⲣⲟⲩ ⲛ ⲉⲟⲩⲟ//
ϭⲛⲟⲩ ⲉϩⲣⲁⲓⲉϫⲙ ⲡⲉϣⲁϩ ⲉⲧϫⲉⲣⲟ ϩⲣⲁⲙϩⲏⲧⲟⲩ ⲛ ⲙⲙⲁⲩ, ⲛⲁϥⲱϭⲉⲉϩⲣⲁⲓ
ⲛⲥⲉϧⲗⲁⲡⲧⲉⲓ ⲙⲙⲕⲉⲧⲟⲡⲟⲥ ⲉⲧⲉϣϣⲉ ⲉⲣⲟⲉⲓⲥ ⲉⲣⲟⲟⲩ, ⲙⲛ ⲛⲉⲧⲙϩⲏⲧⲟⲩ ⲧⲏⲣⲟⲩ,
ⲙⲛ ⲕⲉⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲱⲛⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟⲟⲩ ⲛ ⲉⲧⲧⲏϭⲉ ⲉⲣⲟⲟⲩ . ⲉⲧϧⲉ ⲡⲁⲓ ⲛϭⲉ ⲛⲧⲁ//
ⲁⲩⲱⲙⲓϫⲉ ⲛ ⲁⲙⲓϣⲉ ϩⲛ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛⲁⲩⲱⲙ, ϣⲁⲛⲧⲉⲙϣⲙ ⲙⲡⲛⲟϭ ⲛϣⲁϩ ⲉⲧϫⲉⲣⲟ
ϩⲛ ⲧⲉϕⲑⲟⲛⲏⲣⲓⲁ ⲙⲡⲉⲧⲉⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡⲟⲩϫⲁϫⲉ, ⲙⲡⲣⲕⲁⲧⲟⲟⲧⲉ ⲟⲛ ⲉϧⲟⲗ
ⲉⲣⲉⲣⲟⲉⲓⲥ, ϫⲉ ⲛⲛⲉ ϩⲉⲛⲧ̀ϥϣⲙⲙ ⲛ ϩⲉⲛϫⲁϩϩⲉⲥϣⲙⲙ. [9] ⲧⲣⲉ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲛϣⲁϩ ϣⲱⲡⲉ .
— [ϕⲙⲉ̄] ⲉⲣⲉ ⲡⲣⲟⲟⲣϫⲉ [10] ⲣⲱ ⲉⲛⲁⲩⲉⲣⲟϥ, ⲛ ϫⲉ ϥⲟ̀ ⲡⲣⲟⲟⲩϣ ⲛⲉ ⲁⲛ
ⲉϭⲱϣⲧ . — [ϕⲙⲁ̄] ⲙⲛ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲉⲓⲉϧⲟⲗ ⲉⲛⲁⲩ ⲉⲡϣⲁϩ ⲙⲡⲕⲱϩⲧ ⲉⲧϫⲉⲣⲟ
ϩⲣⲁⲙϩⲏⲧⲉ, ⲛⲧⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲛⲧⲟϥ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩϫⲟⲟⲥ, ϫⲉ ⲡⲛⲁⲩ ⲛϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲧⲙⲛⲁ̀ϯ//
ϩⲁⲛ ⲉϥⲟⲥ, ⲛϧⲉ ⲉⲛⲧⲁⲓϣⲣⲡϫⲟⲟⲥ ϩⲛ ⲧⲉⲓⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ . ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩϫⲟⲟⲥ ,
ϫⲉ ⲡⲛⲁⲩ ⲛϩⲧⲟⲟⲩⲉ ⲧⲙⲛⲁⲕⲣⲓⲛⲉ ⲙⲙⲟⲥ, ⲛⲧⲟⲟⲩ ⲁⲛ ⲛⲧⲟϥ ⲛⲉ ⲛⲧⲁⲩϫⲟⲟⲥ ⲛⲉ
ⲉⲧϧⲙⲛⲧⲟⲩ, ϫⲉ ⲁⲩϧⲉⲙⲕⲉϧⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲥ ⲛⲟⲩⲥϩⲓⲙⲉ ⲙⲡⲛⲁⲩ ⲡⲣⲟⲩϩⲉ ⲉⲩⲙⲟⲕϩ//
ⲛϩⲏⲧ, ϫⲉ ⲁⲥϫⲡⲉ ϣⲙⲣⲉ ⲥⲛⲁⲩ, ⲡⲟⲩⲁ ⲉϥⲟⲛϩ, ⲁⲩⲱ ⲡⲕⲉⲟⲩⲁ ⲉⲁⲥϩⲉ [11] ⲉⲣⲟϥ
ⲛ ⲁϥⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗⲛϩⲏⲧⲥ ⲉϥⲙⲟⲟⲩⲧ . ⲕⲁⲧⲁⲃⲉ ⲛⲧⲁⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ⲛⲙⲙⲉ ⲥϩⲁⲓ ⲙⲙⲟⲥ

4 ϭⲏⲩ M. ϫⲏⲟⲩ *angustus*.

5 ⲟⲩⲉ et ⲟⲩⲏⲩ M. ⲟⲩⲉⲓ et ⲟⲩⲏⲟⲩ. Quod vero hic legitur ⲉⲧⲟⲩⲛⲩⲉϩⲟⲩⲛ verto *intus dilatatus, expansus in cavernas*.

6 ⲟⲣϥ, ⲟⲣϧ M. ⲱⲣϥ. Hic ⲱⲣϧ est *collectum sive contractum impellere, omnes vires dirigere in unum locum*. Infra p. 557 ⲟⲩⲙⲁ ⲉϥⲟⲣϧ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲣⲟ, *locus tibi adscriptus*; p. 558 ⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛⲓⲙ. ⲉⲁⲟⲣϧⲉϥ ⲛⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ, *omnia loca quae tibi acquisivisti*. Cod. CLXXXIX ⲉⲣⲉ ⲟⲩⲁ ⲛⲁⲱⲣϥ ⲙⲙⲟⲟⲩ ⲛ ⲛⲉϥⲁⲙⲁϩϩⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ.

7 ⲟⲩⲱⲛⲉϩⲟⲩⲛ *patere versus locum*, i. e. *conterminus esse*, fere quod alias ϩⲱⲛⲉϩⲟⲩⲛ.

8 ϯⲕ *scintilla, favilla*. Cod. M. XLVI de Pahhomio dicitur fuisse in medio fratrum ⲙⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩϧⲓⲕ ⲛⲭⲣⲱⲙ.

9 ϫⲁϧⲉⲥ M. ϫⲉϧⲥ *carbo, favilla*. passim. Scribitur etiam ϫⲁⲓϧⲉⲥ supra pag. 331 not. 330.

10 ⲱⲣϫ, ⲟⲟⲣϫ *serietas*. Hic ⲣⲟⲟⲣϫ *serium vel attentum reddere, monere*, ⲡⲣⲟⲟⲣϫⲉ ⲣⲱ *nos monemus te ipsam*. Sed potest etiam legi ⲡⲣⲟⲟⲣϫ ⲉⲣⲱ pro usitatiori ⲉⲣⲟ, cujus rei non desunt exempla. V. pag. 384 not. 8.

11 Suspicatus sum ϩⲉ hoc loco esse M. ϩⲉⲓ *cadere*, sensu transitivo *dejicere, abortire*; sed cum certa exempla ad manus non sint, malo referre ad ϩⲉ *invenire*. Ceterum origine esse unam eandemque vocem, advertimus pag. 292 not. 35; eodemque pertinere videtur ϩⲉ M. Ⲇⲉ, de quo pag. 298 not. 98, *casus*, inde *modus*.

ⲉⲛ ⲧⲱⲟⲣⲓ ⲛⲉⲡⲓⲥⲧⲟⲗⲏ ⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲱⲥ ⲛⲥⲁⲟⲩⲥⲁ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏⲧⲉ, ⲉⲩⲧⲉϩⲧⲱϩ [12]
ϩⲁⲑⲏ ⲙⲡⲁⲧⲉ ⲡⲉⲛⲉⲓⲙⲓⲧ ⲛϩⲗⲗⲟ [13] ⲙⲟⲩ. ⲉⲣⲉ ϩⲟⲉⲓⲛⲉ ⲉⲛ ⲛⲉⲧⲙⲏⲩ ⲉⲥⲱⲧⲙ
ϩⲙ ⲡⲙⲁ ⲉⲧⲟⲩⲱϣ ⲙⲙⲟⲥ ⲙⲙⲁⲩ ⲣⲓⲙⲉ, ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ ⲁⲉ ⲉⲩⲥⲱⲃⲉ ⲛ ⲉⲩⲗⲕ//
ϣⲁ [14] [ϕⲙϩ] ⲛ ⲉⲩⲕⲱⲙϣ, ⲁⲩⲱ ⲛⲧⲁⲩⲡⲱϩ ⲁⲛ ⲙⲡⲉⲩϩⲏⲧ, ⲁⲉ ⲛⲧⲟⲟⲩ
ⲣⲱⲙ ⲛⲉ ⲛⲁⲣⲭⲏⲅⲟⲥ ⲙⲡⲛⲟⲃⲉ ⲛⲙⲉ ⲉⲧⲥⲏϩ. ⲙⲛ ⲙⲛⲧⲟⲡⲟⲥ ⲛϩⲏⲧⲉ ⲉⲣⲉ ⲡⲕⲱϩⲧ
